

Pharmacopoeia Collegii Regalis Medicorum Londinensis.

Contributors

Royal College of Physicians of London.
University of Glasgow. Library

Publication/Creation

Londini : Apud Josephum Johnson, M.DCC.LXXXVIII. [1788]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/vrr8v4v3>

Provider

University of Glasgow

License and attribution

This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



Glasgow
University Library




FOR CONSULTATION ONLY





PHARMACOPOEIA
COLLEGII REGALIS
M E D I C O R U M
LONDINENSIS.

LONDINI:
APUD JOSEPHUM JOHNSON.
M. DCC. LXXXVIII.



Imprimatur

Hic liber, cui titulus, PHARMACOPOEIA
COLLEGII REGALIS MEDICORUM
LONDINENSIS.

Datum ex ædibus collegii in comitiis censoriis,
Octobris Mensis 5^{to} 1787.

GEORGIUS BAKER, *Præses.*

Henricus Revell Reynolds,
Jacobus Hervey,
Jacobus Robertson,
Georgius Fordyce, }
Censores.

SACRÆ MAJESTATI
SERENISSIMI CELSISSIMIQUE
PRINCIPIIS
GEOORGII
TERTII,

DEI GRATIA

Magnæ Britanniæ, Franciæ, et Hiberniæ
REGIS,

FIDEI DEFENSORIS, &c.

Ducis Brunsvicensis et Lunenburgensis,
S. R. I.

ARCHITHESAURARII et ELECTORIS,

HOC OPUS,

DENUO RECOGNITUM AC RETRACTATUM,

I P S I

TANTO GRATIUS ATQUE ACCEPTIUS FUTURUM,
QUANTO AD SALUTEM PUBLICAM ACCOMMODATIUS
SUMMO CUM STUDIO ET REVERENTIA

IN MANUS ET CLIENTELAM TRADIT

COLLEGIUM MEDICORUM LONDINENSE.

At the Court at St. James's, the 16th
of January, 1788.

P R E S E N T

The King's Most Excellent MAJESTY.

Lord Chancellor.	Lord <i>Herbert</i> .
Lord Privy Seal.	Lord <i>Onslow</i> .
Lord Steward.	Lord <i>Sydney</i> .
Marquis of <i>Carmarthen</i> .	Lord <i>Hawkesbury</i> .
Viscount <i>Weymouth</i> .	Mr. <i>Pitt</i> .

W H E R E A S there was this day read
at the Board, the humble memorial of
Sir *George Baker*, Baronet, Physician to Their
Majesties, and President of the College or Com-
monalty of the Faculty of Physic in *London*, set-
ting forth, that the said President and College
have, with great care, pains, and industry, revised,
corrected,

corrected, and reformed a book by them formerly published, intituled *Pharmacopœia Collegii Regalis Medicorum Londinensis*, prescribing and directing the manner of preparing all sorts of medicines therein contained, together with the true weights and measures by which they ought to be made: which book is now perfected and ready to be published, and, it is conceived, will contribute to the public good of His Majesty's Subjects, by preventing all deceits, differences, and uncertainties in making or compounding of medicines, if, for the future, the manner and form prescribed therein should be practised by Apothecaries and others in their compositions of medicines: The Memorialist therefore most humbly prays, that His Majesty will be graciously pleased to enforce the observance thereof in such manner as to His Majesty shall seem meet:—
His Majesty this day took the said memorial into His Royal Consideration, and being desirous to provide in all cases for the common good of his people, and being persuaded that the establishing the general use of the said book may tend to the prevention of such deceits in the making and compounding medicines, wherein the lives and health of His Majesty's Subjects are so highly concerned,
hath

hath therefore thought fit, by and with the advice of His Privy Council, hereby to notify to all Apothecaries and others concerned, to the intent they may not pretend ignorance thereof, that the said book, called *Pharmacopœia Collegii Regalis Medicorum Londinensis*, is perfected and ready to be published: and His Majesty doth therefore strictly require, charge and command all and singular Apothecaries and others, whose businesſ it is to compound medicines, or distil oils or waters, or make other extracts, within any part of His Majesty's kingdom of *Great Britain* called *England*, dominion of *Wales*, or town of *Berwick upon Tweed*, that they, and every of them, immediately after the said *Pharmacopœia Collegii Regalis Medicorum Londinensis* shall be printed and published, do not compound or make any medicine or medicinal receipt or prescription, or distil any oil or waters, or make other extracts that are or shall be in the said *Pharmacopœia Collegii Regalis Medicorum Londinensis* mentioned or named, in any other manner or form than is or shall be directed, prescribed, and set down in the said book, and according to the weights and measures that are or shall be therein limited, except it shall be by the special direction or prescription
of

of some learned Physician in that behalf. And His Majesty doth hereby declare, that the offenders to the contrary shall not only incur His Majesty's just displeasure, but be proceeded against for such their contempt and offences, according to the utmost severity of Law.

W. F A W K E N E R.

NOMINA

NOMINA SOCIORUM

E T

P E R M I S S O R U M

Collegii Regalis Medicorum

L O N D I N E N S I S.

S O C I I.

GEORGIUS BAKER, *Baronettus,*
Regis et Reginæ Medicus,
 P RÆS E S.

Ambrosius Dawson.

Russel Plumptre, *Medicinæ Reginæ Professor Can-*
tabrigiæ.

Gulielmus Heberden.

Gulielmus Mushet.

Gulielmus Pitcairn, *Electus.*

Joannes Monro, *Electus.*

Thomas Wharton.

Antonius Addington.

Ricardus Brocklesby, *Electus.*

b

Joannes

Joannes Clerke.

Noah Thomas, *Eques Auratus, Medicus Regius.*

Gulielmus Cadogan, *Electus.*

Thomas Gisborne, *Electus: Medicus ad Regis et ad Reginæ Familiam.*

Thomas Healde.

Ricardus Warren, *Electus: Regis et Principis Walliæ Medicus.*

Robertus Glynn Clobery.

Clifton Wintringham, *Baronettus, Medicus Regius.*

Robertus Thomlinson, *Electus, et Thesaurarius.*

Joannes Turton, *Medicus Regis Extraordinarius, et Medicus Reginæ.*

Donaldus Monro.

Henricus Revell Reynolds, *Censor.*

Lucas Pepys, *Baronettus, Medicus Regius Extraordinarius.*

Joannes Burges.

Joannes Rawlinson.

Ricardus Budd.

Franciscus Milman, *Medicus Extraordinarius ad Regis Familiam.*

Ifaac Pennington.

Carolus Elsden Bagge.

Jacobus Hervey, *Censor, et Registrarius.*

Devereux

Devereux Mytton.
 Joannes Matthews.
 David Pitcairn, *Principis Walliae Medicus Extra-ordinarius.*
 Franciscus Riollay.
 Robertus Knox.
 Jacobus Robertson, *Censor.*
 Martinus Wall.
 Joannes Littlehales.
 Georgius Fordyce, *Censor.*
 Gulielmus Austin.
 Paul Jodrell, *Eques Auratus.*
 Joannes Ash.

P E R M I S S I.

Carolus Morton.
 Joannes Baptista Silvester, *Eques Auratus.*
 Georgius Lamont.
 Jacobus Dargent.
 Edvardus Archer.
 Christopherus Kelly.
 Thomas Milner.
 Michael Morris.
 Hugo Smith.
 Jacobus Ford, *Reginæ Medicus Extraordinarius.*

- Maxwell Garthshore.
Joannes Morgan.
Samuel Chapman.
David Orme.
Thomas Manningham.
Joannes Hill.
Hugo Alexander Kennedy, *Principis Walliae Medicus Extraordinarius.*
Joannes Ford.
Josephus Allen.
Jacobus Walker.
Franciscus de Valangin.
Gulielmus Vaughan.
Joannes Leake.
Rowland Jackson.
Alexander Hay.
Gulielmus Saunders.
Georgius Hicks.
Joannes Coakley Lettsom.
Gilbertus Thompson.
Jacobus Carmichael Smyth, *Medicus Regius Extraordinarius.*
Isaac Henricus Sequeira.
Nathaniel Hulme.
Ricardus Gulielmus Stack.

Henricus

- Henricus Krohn.
Robertus Robertson.
Andreas Douglas.
Joannes Hunter.
Joannes Lee.
Jacobus Sims.
Samuel Foart Simmons.
Seguin Henricus Jackson.
Joannes Sims.
Antonius Fothergill.
Jacobus Ford, *junior.*
Stephanus Pellett.
Thomas Clerk.
Gulielmus Paine.
Gilbertus Blane, *Principis Walliae Medicus Extra-ordinarius, et ad Familiam.*
Joannes Whitehead.
Gulielmus Lister.
Robertus Freer.
Robertus Halifax, *Principis Walliae Medicus.*
Adair Crawford.
Gulielmus Rowley.
Joannes Meyer.
Georgius Pearson.
Joannes Cooke.

Thomas

Thomas Watson.
Gulielmus Woodville.
Joannes Relph.
Robertus Willan.
Gulielmus Mackinen Frazer.
Gulielmus Robertson.
Joannes Potter.
Samuel Ferris.
Gulielmus Fordyce, *Eques Auratus.*
Joannes Grieve.
Josephus Phelan.
Georgius Buxton.
Gulielmus Butter.
Theodorus Forbes Leith.
Georgius Sandeman.
Gulielmus Lowder.
Thomas Dale.
Gulielmus Blackburne.
Joannes Macnamara Hayes.
Robertus Bland.
Gulielmus Hamilton.
Joannes Hamon.
Gulielmus Black.
Andreas Thynne.
David Bayford.

Benjamin

Benjamin Moseley.

Thomas Skeete.

Gulielmus Macnaven.

Josephus Hart Myers.

Lawrentius Nihell.

PERMISSI AD ARTEM OBSTETRICIAM
EXERCENDAM.

Thomas Denman.

Gulielmus Osborn.

Michael Underwood.

Carolus Combe.

Thomas Savage.

Joannes Cooper.

Joannes Squire.

Joannes Clarke.

PERMISSI EXTRA URBEM.

Meffenger Monsey.

Henricus Richardson.

Josephus Davison.

Joannes Manning.

Joannes Mather.

Gulielmus Farr.

Thomas Dimsdale, *Imperii Rossici Baro.*

Gulielmus

Gulielmus Norford.
Jacobus Vaughan.
Ricardus Pultney.
Daniel Bridges.
Gulielmus Falconer.
Edvardus Spry.
Nicholson Doubleday.
Petrus Hooke.
Jonathan Binns.
Edvardus Whitaker Gray.
Samuel Daniel.
Robertus Bree.
Christopherus Mann Torre.
Joannes Fox.
Robertus Hamilton..
Carolus Brown.
Thomas Karr.
Gulielmus Lansdale..
Joannes Atkinson.
Julian Gartner Hall.
Edvardus Long Fox.
Joannes Ford.

P R A E F A T I O.

HAUD multum abest quin dimidium sæculum effluxerit, ex quo anteceffores nostri, cum summa diligentia et judicii laude, id expleverunt munus quo nunc fungimur. Interea temporis Medicina, si cum aliis bonis artibus non pari passu processerit, adjumenta tamen, nec pauca nec parvi æstimanda, tum aliorum industriae et inventis accepta retulit, tum eorum, egregie et præter cæteros, qui nuperis abhinc annis in chemiam altius subtiliusque excolendam acriori studio incubuerunt. Itaque cum officii nostri ratio postulare tandem visa est, ut hæc communia artis medicinalis instrumenta de integro revocarentur ad examen, haud nos operi isti atque officio satisfacturos existimavimus, nisi quidquid ab hodierna chemicorum disciplina hauriendum erat auxilii huc transferremus, et nostram facem ex collatitio eorum lumine claram magis et illustriorem exhiberemus. Id proinde primum habuimus in votis, ut materia omnis chemica, medicinæ faciendæ accommodata, in

medium a nobis proferretur non solum erroribus purgata, sed etiam perfectior politiorque, et artificiose magis digesta ac distributa, quam quæ apud nos antea invaluerat. Nec tamen in hac difficillima operis parte adeo omnis consumta est cura, ut alia jacerent tanquam neglecta, aut obiter tantum ac cursim perstringerentur; sed et medicamenti uniuscujusque compositio reddita est quasi trutinæ singulatim et curiose perpensa; ut siue deficeret aliquid, adjectum esset, siue superaret et redundaret, recifum. Nec sane dubitavimus, in hoc obeundo munere, integras medicamentorum formulas et amputare inutiles, et feliciores inferere; ita tamen, ut nihil novi cupide arreptum esset, usitati nihil ac consueti temere repudiatum. Data opera est sedulo, ut veterum aviarum vestigia quam paucissima manerent: quod si supervacanei quidpiam aut parum utilis hinc inde sparsum sit, id nobis satius visum est posteris relinquere siue corrigendum, siue delendum, quam opinionibus etiam pravis, dum innoxiis, nimium pertinaciter adversari. Simplicitati ubique, qua licuit, prospeximus; cautumque præcipue est, ne in unum miscerentur nisi quæ apte inter se cohærerent, et uneidemque inservirent proposito. Inde fit, ut portentosa quædam et enormia *antidota*, quæ profecto
in

in se neque consilium neque modum habent ullum, quippe ex rebus collectis undique et inter se pugnantibus conflata, nunc demum moveantur loco: et vel hoc argumento patet, nec inveteratæ confitudinis auctoritatem, nec reverentiam antiquitatis in nos amplius ultra modum dominari.

Timore et fuga venenorum misere laborarunt antiqui; quorum tamen non nisi per pauca admodum iis innotuisse pro comperto habemus. Nostris temporibus alia est, et longe dissimilis venenorum fortuna; neque enim ab iis, tanquam prorsus inimicis, abhorrere videtur Medicina, sed ea ad partes suas traducere, et opem eorum sociam et adjutricem exposcere. Ex his unum atque alterum (quorum scilicet feceramus ipsi periculum) in tabulas nostras conscribi voluimus, alia protinus civitate donaturi, si qua alia experimentum non fallax ostenderit, in ipsis morborum curationibus comprobata. Ea, quæ nondum satis sunt explorata, pro cognitis amplecti, certe nimiæ esset temeritatis.

Ingens ille rerum numerus, quas nominibus incognitis et nuper fictis insignitas dedimus, ansam fortasse alicui ad reprehendendum dabit; quando-

quidem nemo fere sit qui non nominibus, quibus
confuevit, libentius utatur quam novis. Istae autem
immutationes huc fere spectant; primum, ut vana
quædam et insulsa vocabula, sive a veterum chemi-
corum commentis, sive aliunde deducta (quantum
commodo fieri poterit) in desuetudinem et oblivi-
onem abeant; tum præterea, ut per titulos ipsos
designetur quælibet compositio quid sit magis quam
quo valeat; et potius ex quibus constet principiis,
quam quibus in casibus proficere soleat, aut cui parti
corporis opitulari; postremo, ut nihil quidpiam
medicamenti sub titulo non suo occultetur. Quod
ad nomina attinet, *tribus salibus alkalinis* pro ar-
bitrio nostro imposta, (quorum unum quidem jam
olim usu receptum fuerat, duo autem altera ab usi-
tatis non nisi parce detorta sunt) ea sane tantum in
se commoditatis ac cœpendii præ se ferunt, ut
veniam saltem apud medicos non immerito sibi ven-
dident. Neutquam tamen est dissimulandum, tot
novitates rem pharmaceuticam tractantibus, dum in-
cipiant ii, dumque ignorent, graves fore; ea vero
molestia, quantaquanta fuerit (nisi nos animus fallit)
facile devorabitur, cessura nimirum ulro, et locum
datura consuetudini magis idoneæ, magis jucundæ,
magis utili.

Haud

Haud sumus nescii, quantæ fuisset magnitudinis ac difficultatis, pharmacopœiam adornare in omni genere perfectam et absolutam,—omnibus hominibus arrisuram, quam prorsus insperabile. Nihil quidpiam tale suscipimus aut profitemur; nobis met ferio gratulaturi, si opera, paginis hisce in salutem publicam impensa, id aliquatenus effectum reddiderit, ut mala adversæ valetudinis leviora fiant, curatio promtior et expeditior.

O R D O

C A P I T U M.

PONDERA, MENSURÆ, &c.	—	p. i
MATERIA MEDICA	—	— 4
PRÆPARATIONES SIMPLICIORES	—	19
CONSERVÆ	—	— 24
SUCCI	—	— 26
EXTRACTA ET RESINÆ	—	— 27
OLEA EXPRESSA	—	— 33
OLEA DISTILLATA.	—	— 34
SALES	—	— 37
MAGNESIA	—	— 48
PRÆPARATA E SULPHURE	—	— 49
PRÆPARATA EX ANTIMONIO	—	— 51
PRÆPARATUM EX ARGENTO	—	— 55
PRÆPARATA E FERRO	—	— 56
PRÆPARATA EX HYDRARGYRO	—	— 58
PRÆPARATA E PLUMBO	—	— 64
PRÆPARATUM E STANNO	—	— 65
PRÆPARATA E ZINCO	—	— 66
AQUÆ DISTILLATÆ	—	— 67
		SPIRITUS

SPIRITUS DISTILLATI	—	—	71
DECOCTA ET INFUSA	—	—	79
VINA MEDICATA	—	—	88
TINCTURÆ	—	—	91
MISTURÆ	—	—	105
SYRUPI	—	—	110
MELLA MEDICATA	—	—	117
PULVERES	—	—	120
TROCHISCI	—	—	127
PILULÆ	—	—	130
ELECTUARIA	—	—	133
CONFECTIONES	—	—	135
AQUÆ MEDICATÆ	—	—	137
EMPLASTRA	—	—	139
UNGUENTA ET LINIMENTA	—	—	145
CERATA	—	—	153
EPITHEMATA	—	—	156

PHARMACOPEIA

LONDINENSIS.

PONDERA, MENSURÆ, &c.

APUD nostrates usu recepta sunt duo ponderum genera, unum, quo aurum et argentum veneunt, alterum, quo cæteræ fere merces; prius vocamus *Troy weight*, posterius *Avoirdupois weight*. Horum libræ diverso modo dividuntur; illius enim libra duodecim tantum uncias habet, hujus vero sedecim. Pondere quoque inter se differunt tum libræ, tum unciæ; libra enim aurifabrorum minor est altera, uncia major. Nos libra aurifabrorum utimur; quam tamen non ut isti, sed in hunc modum dividimus.

Libra	habet	uncias duodecim,
Uncia		drachmas octo,
Drachma		scrupulos tres,
Scrupulus		grana viginti.

B

Menfura

Mensura etiam liquidorum apud nostrates dispar est: alia est cerevisiae, alia vino propria. Posteriorem nos adhibemus, eam mensuram pro libra usurpantes quæ Anglice appellatur *A wine pint.*

Hanc libram hac ratione dividimus:

Libra	}	habet	{	uncias sedecim,
Uncia				drachmas octo.

Congius habet libras octo.

Quoniam nullius fere liquoris pondus librale mensuram, quam vocamus libram, adimplet, ubique præposuimus p. vel m. prout pondere, vel mensura singula præscribuntur.

Mortaria, ex ære aut orichalco facta, medicamentis parandis minus apta esse censemus. Volumus etiam, ut mensuræ, infundibula, et vasa exhalationi liquorum inservientia, quæ ex ære, e plumbo, vel e mistura metallica fiunt, cujus pars aliqua est æs aut plumbum, cautim evitentur.

Thermometro Fahrenheitiano utimur.

Per

Per CALOREM FERVENTEM intelligi volumus calorem a 200° ad 212°.

Per CALOREM LENEM intelligi volumus calorem a 90° ad 100°.

Quoties vocabulis PONDUS SPECIFICUM utimur, ponimus materiam, de qua agatur, esse caloris 55°.

John Jordans Book Ireland
-this volume is lost - Bellavaux 1826 July 24th -

MATERIA MEDICA.

A.

A Brotonum, <i>folium.</i>	Artemisia <i>Abrotanum.</i> Lin- næi Species Plantarum.
Absinthium maritimum, <i>cacumen.</i>	Artemisia <i>maritima.</i> L.S.P.
Absinthium vulgare, <i>herba.</i>	Artemisia <i>Absinthium.</i> L. S. P.
Acetosa pratenſis, <i>folium.</i>	Rumex <i>Acetosa.</i> L. S. P.
Acidum vitriolicum. Hu- jus pondus specificum eſt ad pondus aquæ distilla- tæ ut 1,850 ad 1,000.	
Aconitum, <i>herba.</i>	Aconitum <i>Napellus,</i> L.S.P.
Adeps fuilla.	
Allium, <i>radix.</i>	Allium <i>sativum.</i> L. S. P.
Aloë barbadensis. focotorina.	Aloë <i>perfoliata.</i> L. S. P.
Althæa, <i>radix, folium.</i>	Althæa <i>officinalis.</i> L. S. P.
Alumen.	Argilla vitriolata.
Ammoniacum, <i>gummi-re- fina.</i>	Amygdala

MATERIA MEDICA.

5

Amygdala amara,	} <i>nucleus.</i>	Amygdalus <i>communis.</i>
dulcis,		L. S. P.
Anethum, <i>semen.</i>		Anethum <i>graveolens.</i> L.S.P.
Angelica, <i>radix, caulis,</i>		Angelica <i>Archangelica.</i>
<i>folium, semen.</i>		L. S. P.
Anisum, <i>semen.</i>		Pimpinella <i>Anisum.</i> L.S. P.
Antimonium.		Antimonium Sulphuratum.
Arabicum Gummi.		Mimosa <i>nilotica.</i> L. S. P.
Argentum.		
Arnica, <i>herba, flos, radix.</i>		Arnica <i>montana.</i> L. S. P.
Arum, <i>radix recens.</i>		Arum <i>maculatum.</i> L. S. P.
Afa fœtida, <i>gummi-resina.</i>		Ferula <i>Affa fœtida.</i> L.S.P.
Afarum, <i>folium.</i>		Afarum <i>europæum.</i> L. S. P.
Avena, <i>semen.</i>		Avena <i>sativa.</i> L. S. P.
Aurantium hispalense, <i>fo-</i>	<i>lium, flos, fructus succus,</i>	Citrus <i>Aurantium.</i> L. S. P.
<i>et cortex exterior.</i>		

B.

Balsamum canadense.	Pinus <i>Balsamea.</i> L. S. P.
copaiva.	Copaifera <i>officinalis.</i> L.S.P.
peruvianum.	Myroxylon <i>peruiferum.</i>
	Linnæi Supplementum Plantarum.
tolutanum.	Toluifera <i>Balsamum.</i> L.S.P.
Bardana, <i>radix.</i>	Arctium <i>Lappa.</i> L. S. P. Barilla.

MATERIA MEDICA.

Barilla.	Natron impurum.
Becabunga, <i>herba</i> .	Veronica <i>Beccabunga</i> . L.S.P.
Benzoë, <i>resina</i> .	Styrax <i>Benzoë</i> . Acta Philosophica Londinensis.
Bistorta, <i>radix</i> .	Polygonum <i>Bistorta</i> . L.S.P..
Bolus gallicus.	
Borax.	Natron boracicatum.

C.

Calamus aromaticus, <i>radix</i> .	Acorus <i>Calamus</i> . L. S. P..
Calx.	Lapis calcareus purus recentis usus.
Camphora.	Laurus <i>Camphora</i> . L. S. P..
Canella alba, <i>cortex</i> .	
Cantharis.	Meloë <i>vesicatorius</i> . Linnaei Systema Naturæ.
Cardamine, <i>flos</i> .	Cardamine <i>pratensis</i> . L.S.P..
Cardamomum minus, <i>se- men</i> .	Amomum <i>repens</i> . Sonneratii iter.
Carduus benedictus, <i>herba</i> .	Centaurea <i>benedicta</i> . L.S.P..
Carica.	Ficus <i>Carica</i> . L. S. P..
Caruon, <i>femen</i> .	Carum <i>Carui</i> . L. S. P..
Caryophyllum aromati- cum, et <i>oleum ejus effentiale</i> .	Caryophyllum <i>aromaticus</i> . L. S. P..
Caryophyllum rubrum, <i>flos</i> .	Dianthus <i>Caryophyllus</i> . L. S. P..
	Cascarilla,

MATERIA MEDICA.

7

Cascarilla, <i>cortex.</i>	
Cassia fistularis, <i>fructus.</i>	Cassia <i>Fistula.</i> L. S. P.
Castoreum ruficium.	
Catechu, vulgo terra japonica.	Mimosa <i>Catechu.</i> L. Suppl. P.
Centaureum minus, <i>cacumen.</i>	Gentiana <i>Centaurium.</i> L. S. P.
Cera flava. alba.	
Chamæmelum, <i>flos simplex.</i>	Anthemis <i>nobilis.</i> L. S. P.
Chelæ cancrorum.	Cancer <i>Pagurus.</i> L. S. N.
Cicuta, <i>herba, flos, semen.</i>	Conium <i>maculatum.</i> L. S. P.
Cinara, <i>folium.</i>	Cynara <i>Scolymus.</i> L. S. P.
Cineres clavellati.	Kali impurum.
Cinnamomum, <i>cortex, et ejus oleum effentiale.</i>	Laurus <i>Cinnamomum.</i> L. S. P.
Coccinella.	
Cochlearia hortensis, <i>herba.</i>	Cochlearia <i>officinalis.</i> L. S. P.
Colchicum, <i>radix recens.</i>	Colchicum <i>autumnale.</i> L. S. P.
Colocynthis, <i>fructus medulla.</i>	Cucumis <i>Colocynthis.</i> L. S. P.
Colomba, <i>radix.</i>	
Contrayerva, <i>radix.</i>	Dorstenia <i>Contrajerva.</i> L. S. P.
	Corallium

MATERIA MEDICA.

Corallium rubrum.	Ifis nobilis. L. S. N.
Coriandrum, <i>semen.</i>	Coriandrum <i>sativum.</i> L.S.P.
Cornu cervi.	
Creta.	
Crocus, <i>floris stigma.</i>	Crocus <i>sativus.</i> L. S. P.
Cubeba.	Piper <i>Cubeba.</i> L. Suppl. P.
Cucumis agrestis, <i>fructus</i> <i>recens.</i>	Momordica <i>Elaterium.</i> L. S. P.
Cuminum, <i>semen.</i>	Cuminum <i>Cyminum.</i> L.S.P.
Cuprum.	
Ærugo.	
Vitriolum <i>cœruleum.</i>	Cuprum vitriolatum.
Curcuma, <i>radix.</i>	Curcuma <i>longa.</i> L. S. P.
Cydonium malum, <i>ejusque</i> <i>semen.</i>	Pyrus <i>Cydonia.</i> L. S. P.
Cynobatus, <i>fructus.</i>	Rosa <i>canina.</i> L. S. P.

D.

Daucus sylvestris, <i>semen.</i>	Daucus <i>Carota.</i> L. S. P.
Digitalis, <i>herba.</i>	Digitalis <i>purpurea.</i> L. S. P.

E.

Elemi, <i>resina.</i>	Amyris <i>Elemifera.</i> L. S. P.
Enula campana, <i>radix.</i>	Inula <i>Helenium.</i> L. S. P.
Eryngium, <i>radix.</i>	Eryngium <i>maritimum.</i> L. S. P.

F.

MATERIA MEDICA.

9

F.

Ferrum.

Vitriolum viride.

Filix, radix.

Fœniculum dulce, semen.

Fœnum græcum, semen.

Ferrum vitriolatum.

Polypodium Filix mas.

L. S. P.

Anethum Fœniculum. L.S.P.

Trigonella Fœnum græcum.

L. S. P.

G.

Galbanum, gummi-resina.

Galla.

Gambogia, gummi-resina.

Genista, cacumen, semen.

Gentiana, radix.

Ginseng, radix.

Bubon Galbanum. L. S. P.

Spartium scoparium. L.S.P.

Gentiana lutea. L. S. P.

Panax quinquefolium.

L. S. P.

Glycyrrhiza, radix.

*Granatum, flos Balaustium
dictus, cortex fructus.*

Gratiola, herba.

*Guaiacum, lignum, cortex,
gummi-resina.*

Glycyrrhiza glabra. L.S.P.

Punica Granatum. L. S. P.

Gratiola officinalis. L. S. P.

Guaiacum officinale. L.S.P.

H.

Helleboraster, folium.

*Helleborus albus, radix.
niger, radix.*

Helleborus fœtidus. L.S.P.

Veratrum album. L. S. P.

Helleborus niger. L. S. P.

C

Hordeum,

MATERIA MEDICA.

Hordeum, *semen.* Hordeum *distichon.* L.S.P.
semen perlatum.

Hydrargyrus. Cinnabaris. Hydrargyrus sulphuratus.
Hypericum, *flos.* Hypericum *perforatum.*
L. S. P.

J.

Jalapium, *radix.*
Ichthyocolla.
Ipecacuanha, *radix.*
Iris, *radix.* Iris *florentina.* L. S. P.
Juglans, *fructus immaturus.* Juglans *regia.* L. S. P.
Juniperus, *bacca, cacumen.* Juniperus *communis.* L.S.P.

K.

Kino, *resina.* Gummi gambiense.

L.

Ladanum, *resina.* Cistus *creticus.* L. S. P.
Lavendula, *flos.* Lavandula *Spica.* L. S. P.
Laurus, *folium, bacca.* Laurus *nobilis.* L. S. P.
Lignum campechense. Hæmatoxylum *Campechianum.* L. S. P.
Limon, *succus, cortex exterior, et oleum essentia dictum.* Citrus *Medica.* L. S. P.
Linum,

MATERIA MEDICA.

II

Linum, semen.

Linum usitatissimum. L.S.P.

Lujula, folium.

Oxalis Acetosella. L. S. P.

M.

Majorana, herba.

Origanum Majorana. L.S.P.

Malva, folium, flos.

Malva sylvestris. L. S. P.

Manna.

Marrubium album, herba.

Marrubium vulgare. L.S.P.

Marum syriacum, herba.

Teucrium Marum. L.S.P.

Mastiche, resina.

Pistacia Lentiscus. L. S. P.

Mel.

Melissa, herba.

Melissa officinalis. L. S. P.

Mentha piperitis, herba.

Mentha piperita. L. S. P.

sativa, herba.

Mentha spicata. Hudsoni

Flora Anglica.

Mezereum, cortex radicis.

Daphne Mezereum. L.S.P.

Millepeda.

Oniscus Asellus. L. S. N.

Morum, fructus.

Morus nigra. L. S. P.

Moschus.

Myrrha, gummi-resina.

N.

Nasturtium aquaticum, herba recens.

Sifymbrium Nasturtium aquaticum. L. S. P.

Nicotiana, folium.

Nicotiana Tabacum. L.S.P.

Nitrum.

Kali nitratum.

MATERIA MEDICA.

Nux moschata, *Oleum effen-* Myristica *Moschata.* Acta
tiale, *Oleum expressum* Holmiensia.
Oleum macis vulgo dic-
tum,
Macis.

O.

Olibanum, <i>gummi-resina.</i>	<i>Juniperus lycia.</i> L. S. P.
Oliva, <i>Oleum.</i>	<i>Olea europaea.</i> L. S. P.
Opium.	
Opopanax, <i>gummi-resina.</i>	<i>Pastinaca Opopanax.</i> L.S.P.
Origanum, <i>herba.</i>	<i>Origanum vulgare.</i> L.S.P.
Ovum.	<i>Ovum gallinaceum.</i>

P.

Papaver album, <i>caput.</i>	<i>Papaver somniferum.</i> L.S.P.
<i>erraticum, flos.</i>	<i>Rhæas.</i> L. S. P.
Pareira brava, <i>radix.</i>	<i>Cissampelos pareira.</i> L.S.P.
Parietaria, <i>herba.</i>	<i>Parietaria officinalis.</i> L. S. P.
Pentaphyllum, <i>radix.</i>	<i>Potentilla reptans.</i> L. S. P.
Peruvianus cortex.	<i>Cinchona officinalis.</i> L. S.P.
Petroleum.	<i>Bitumen Petroleum.</i> L.S.N.
Petroselinum, <i>radix, semen.</i>	<i>Apium Petroselinum.</i> L. S. P.

Pimento,

MATERIA MEDICA.

13

Pimento, <i>bacca</i> .	Myrtus <i>Pimenta</i> . L. S. P.
Piper indicum, <i>fructus</i> .	Capiscum <i>annuum</i> . L. S. P.
longum, <i>fructus</i> .	Piper <i>longum</i> . L. S. P.
nigrum, <i>bacca</i> .	Piper <i>nigrum</i> . L. S. P.
Pix burgundica.	
liquida.	
Plumbum.	
Ceruffa.	
Lithargyrus.	
Minium.	
Prunum gallicum.	Prunus <i>domestica</i> . L. S. P.
sylvestre.	Prunus <i>spinosa</i> . L. S. P..
Pulegium, <i>herba, flos</i> .	Mentha <i>Pulegium</i> . L. S. P.
Pyrethrum, <i>radix</i> .	Anthemis <i>Pyrethrum</i> .
	L. S. P.

Q.

Quassia, <i>lignum, cortex, radix</i> .	Quassia <i>amara</i> . L. S. P.
Quercus, <i>cortex</i> .	Quercus <i>Robur</i> . L. S. P.

R.

Raphanus rusticanus, <i>radix</i> .	Cochlearia <i>Armoracia</i> .
	L. S. P.
Rhabarbarum, <i>radix</i> .	Rheum <i>palmatum</i> . L. S. P.
	Ribes

MATERIA MEDICA.

Ribes nigrum, <i>fructus.</i>	Ribes <i>nigrum.</i> L. S. P.
<i>rubrum, fructus.</i>	<i>rubrum.</i> L. S. P.
Ricinus, <i>semen.</i>	Ricinus <i>communis.</i> L. S. P.
Rosa damascena, <i>petalum.</i>	Rosa <i>centifolia.</i> L. S. P.
<i>rubra, petalum.</i>	<i>gallica.</i> L. S. P.
Rosmarinus, <i>cacumen, flos.</i>	Rosmarinus <i>officinalis.</i> L. S. P.
Rubia, <i>radix.</i>	Rubia <i>tinctorum.</i> L. S. P.
Rubus idaeus, <i>fructus.</i>	Rubus <i>idaeus.</i> L. S. P.
Ruta, <i>herba.</i>	Ruta <i>graveolens.</i> L. S. P.

S.

Sabina, <i>folium.</i>	Juniperus <i>Sabina.</i> L. S. P.
Saccharum non purificatum.	
<i>purificatum.</i>	Saccharum bis coctum.
Sagapenum, <i>gummi-resina.</i>	
Sal amarus.	Magnesia vitriolata.
Sal ammoniacus.	Ammonia muriata.
Sal muriaticus.	Natron muriatum.
Salvia, <i>folium.</i>	Salvia <i>officinalis.</i> L. S. P.
Sambucus, <i>cortex interior,</i>	Sambucus <i>nigra.</i> L. S. P.
<i>flos, bacca.</i>	
Sanguis draconis, <i>resina.</i>	
Santalum rubrum, <i>lignum.</i>	Pterocarpus <i>Santolinus.</i>
	L. Suppl. P.
Santonicum, <i>semen.</i>	Artemisia <i>Santonicum.</i>
	L. S. P.
	Sapo.

MATERIA MEDICA.

15

Sapo.	Sapo ex oleo olivæ et natro confectus.
Sarcocolla, <i>gummi-resina</i> .	
Sarsaparilla, <i>radix</i> .	Smilax <i>Sarsaparilla</i> . L.S.P.
Sassafras, <i>lignum, radix, ejus-</i> <i>que cortex</i> .	Laurus <i>Sassafras</i> . L. S. P.
Scammonium, <i>gummi-re-</i> <i>fina</i> .	Convolvulus <i>Scammonia</i> . L. S. P.
Scilla, <i>radix</i> .	Scilla <i>maritima</i> . L. S. P.
Scordium, <i>herba</i> .	Teucrium <i>Scordium</i> . L.S.P.
Senna, <i>folium</i> .	Cassia <i>Senna</i> . L. S. P.
Seneka, <i>radix</i> .	Polygala <i>Senega</i> . L. S. P.
Serpentaria virginiana, <i>ra-</i> <i>dix</i> .	Aristolochia <i>Serpentaria</i> . L. S. P.
Sevum ovillum.	
Simarouba, <i>cortex</i> .	Quassia <i>Simarouba</i> . L. Suppl. P.
Sinapi, <i>semen</i> .	Sinapis <i>nigra</i> . L. S. P.
Sium, <i>herba</i> .	Sium <i>nodiflorum</i> . L. S. P.
Sperma ceti.	
Spigelia, <i>radix</i> .	Spigelia <i>marilandica</i> . L. S. N.
Spina cervina, <i>bacca</i> .	Rhamnus <i>catharticus</i> . L. S. P.
Spiritus vinosus rectificatus continet alkoholis par-	

tes

tes 95 et aquæ distillatæ
partes 5 in partibus 100.
Hujus pondus specificum
est ad pondus aquæ distil-
latæ ut 835 ad 1,000.

Spiritus vinosus tenuior con-
tinet alkoholis partes 55
et aquæ distillatæ partes
45 in partibus 100. Hu-
jus pondus specificum est
ad pondus aquæ distil-
latæ ut 930 ad 1,000.

Spongia.

Spongia officinalis. L. S. N.

Stannum.

Staphisagria, *semen.*

Delphinium Staphisagria.

L. S. P.

Styrax, *resina.*

Styrax officinalis. L. S. P.

Succinum.

Sulphur.

Sulphuris flores.

T.

Tamarindus, *fructus.*

Tamarindus Indica. L.S.P.

Tanacetum, *flos, herba.*

Tanacetum vulgare. L.S.P.

Taraxacum, *radix, herba.*

Leontodon Taraxacum.

L. S. P.

Terebinthina

MATERIA MEDICA.

17

Terebinthina vulgaris.
chia.

Testæ ostreorum.

Ostrea edulis. L. S. N.

Thus, resina.

Tormentilla, radix.

Tormentilla erecta. L.S.P.

Tragacantha, gummi.

Astragalus Tragacantha.

L. S. P.

Trifolium paludosum,
herba.

Menyanthes trifoliata.

L. S. P.

Triticum, farina.
amyolum.

Triticum hybernum. L.S.P.

Tussilago, herba.

Tussilago Farfara. L. S. P.

V.

Valeriana sylvestris, radix.

Valeriana officinalis. L.S.P.

Viola, flos recens.

Viola odorata. L. S. P.

Vitis.

Vitis vinifera. L. S. P.

Uva passa.

Vinum.

Tartarum.

Tartarum impurum.

Tartari crystalli.

purificatum.

Acetum.

Ulmus, cortex interior.

Ulmus campestris. L. S. P.

Urtica, herba.

Urtica dioica. L. S. P.

Uva ursi, folium.

Arbutus Uva ursi. L. S. P.

D

Z.

Z.

Zedoaria, <i>radix.</i>	Kaempferia <i>rotunda.</i> L.S.P.
Zincum.	
<i>Lapis calaminaris.</i>	Lapis calaminaris <i>ustus.</i>
<i>Tutia.</i>	
<i>Vitriolum album.</i>	Zincum <i>vitriolatum.</i>
Zingiber, <i>radix.</i>	Amomum <i>Zingiber.</i> L.S.P.

PRÆPARA-

P R Æ P A R A T I O N E S
S I M P L I C I O R E S.

Q U O R U N D A M A Q U A N O N S O L U B I L I U M
P R Æ P A R A T I O .

HÆC primum in mortario contunde in pulvrem ; quem deinde, affusa paulula aqua, læviga super lapidem expolitum et durum, non autem calcareum, ut fiat quam maxime subtilis. Hunc pulverem super cretam, charta bibula interposita, exsicca ; et in loco tepido, vel saltem sicco, ad aliquot dies sepone.

Ad hunc modum præparari debent

Antimonium,

Chelæ cancrorum,

Corallium,

Creta,

Lapis calaminaris,

Succinum,

PRÆPARATIONES

Testæ ostreorum fordibus prius purgatæ,
Tutia.

Chelæ cancrorum, prius minutim fractæ, aqua
fervente lavari debent, antequam lævigentur.

Eodem modo præparari debet
Ærugo.

A D I P I S S U I L L Æ,
S E V I Q U E O V I L L I
P RÆP A R A T I O.

Hæc in frustula concide, et lento igne liqua;
deinde colando a membranis separa.

AMMONIACI PURIFICATIO.

Ammoniacum gummi, si non purum esse videatur,
coque in aqua donec mollescat, et prelo exprime per
pannum cannabinum; dein sepone ut pars resinosa
subsidat. Aquam per vaporationem absume, sub
finem exhalationis partem resinosam redde, et parti
gummosæ immisce.

Eodem modo purificantur asafœtida et similes
gummi-resinæ.

Gummi

Gummi etiam quodvis facile liquefcens, quale est galbanum, purificare potes id immittendo in vesicam bubulam, tenendoque in aqua fervente, donec adeo molle fiat, ut per pannum cannabinum a foribus prelo separari possit.

C O R N U C E R V I U S T I O.

Cornu cervi frusta ure, donec penitus albescant; deinde tere in pulverem subtilissimum.

H E R B A R U M E T F L O R U M
E X S I C C A T I O.

Hæc, leviter strata, leni calore exsicca.

M E L L I S D E S P U M A T I O.

Mel in balneo aquofo liqua, et spumam aufer.

M I L L E P E D Æ

PRÆPARATIONES

MILLEPEDÆ PRÆPARATIO.

Millepedas, panno cannabino rariori inclusas, suspende in vase clauso super spiritum vinofum tenuorem calefactum, ut, a vapore necatae, friabiles fiant.

PULPARUM EXTRACTIO.

Fructus pulposos, si immaturi sint, vel maturi et secchi, sepone in loco humido, ut mollescant; deinde pulpas per cribrum setaceum exprime; postea coque lento igne, crebro agitans donec debitæ sint crassitudinis.

Item cassiæ fistularis pulpam e siliqua exime, et ad idoneam crassitudinem decoque.

Fructuum maturorum et recentium pulpas per cribrum exprime, nulla coctione adhibita.

SCILLÆ EXSICCATIO.

Scillam, ablato externo cortice, transversim in laminas tenues seca, et leni calore exsicca.

SPONGIÆ

S P O N G I Æ U S T I O.

Spongiam, in frustula concisam, contunde, et a lapillis separatam ure in vase ferreo clauso donec nigrefcat et friabilis fiat ; deinde tere in pulverem subtilissimum.

S T Y R A C I S P U R I F I C A T I O.

Styracem in spiritu vinoſo rectificato ſolutum, cola ; deinde per lenem calorem fiat debitæ craffitūdinis.

C O N S E R V Æ.

C O N S E R V Æ.

Conserva Lujulæ,
 Absinthii maritimi,
 Rosæ rubræ,
 Corticis exterioris aurantii hispalenfis.

Folia e pediculis, petala nondum explicita e calycibus decerpe, ungues adimens; corticem exteriorem aurantiorum radula abrade; tum singula pistillo ligneo contunde in mortario marmoreo, primum per se, deinde cum sacchari purificati triplo pondere, donec misceantur.

C O N S E R V A A R I.

R Radicis ari recentis contusæ p. libram dimidiam.
 Sacchari purificati p. libram unam cum semissæ.

Simul in mortario contunde.

CONSERVA

C O N S E R V A C Y N O S B A T I.

R Pulpæ fructus cynosbati maturi p. libram unam,
Sacchari purificati in pulverem triti p. uncias vi-
ginti.

Misce in conservam.

C O N S E R V A P R U N I S Y L V E S T R I S.

Pruna in aquam immissa igni impone, ut molle-
scant, cura adhibita ne rumpantur; dein, prunis
aqua exemptis, pulpam exprime, et cum triplo pon-
dere sacchari purificati misce in conservam.

C O N S E R V A S C I L L Æ.

R Scillæ recentis p. unciam unam,
Sacchari purificati p. uncias quinque.

Simil in mortario contunde in conservam.

Conservas omnes, præcipue ari et scillæ, in vasis
clausis sepone.

S U C C L.

S U C C U S
C O C H L E A R I Æ C O M P O S I T U S.

R^{et} Succi cochleariae hortensis m. libras duas,
becabungæ,
nastrurtii aquatichi, singulorum m. libram
unam,
aurantiorum hispalensium m. uncias vi-
ginti.

Misce, et, postquam fæces subsederint, effunde
liquorem, vel cola.

S U C C U S
B A C C Æ S A M B U C I S P I S S A T U S.

R^{et} Succi baccarum sambuci expressi et defæcati m.
libras duas.

In balneo aquæ, sale muriatico saturatæ, spissa.

Eodem modo succum ribis nigri, limonis, et cicu-
tæ floribus jamprimum apparentibus collectæ, spissa.

E X T R A C T A

EXTRACTA et RESINÆ.

Extractum Chamæmeli,

Cacuminis genistæ,

Gentianæ,

Glycyrrhizæ,

Hellebori nigri,

Rutæ,

Sabinæ.

In aqua distillata coque, exprime, cola, et sepone
ut fæces subsidant; deinde in balneo aquæ, sale
muriatico saturatæ, ad crassitudinem pilulis fingen-
dis aptam decoque.

Eodem balnei genere utendum est, ut vaporatio
rite fiat, in extractorum omnium præparatione.

E X T R A C T U M
C O L O C Y N T H I D I S C O M P O S I T U M .

℞ Medullæ colocynthidis minutim incisæ p. drachmas sex,
 Aloës socotorinæ in pulverem tritæ p. unciam unam cum semisse,
 Scammonii in pulverem triti p. unciam dimidiam,
 Seminum cardamomi minoris in pulverem tritorum, demtis capsulis, p. drachmam unam,
 Spiritus vinosi tenuioris m. libram unam.

Colocynthidem in spiritu vinoſo per quatriduum digere leni calore. Tincturæ expressæ adde aloën et scammonium. His solutis spiritum distillatione separa, ut materia crassitudinis fiat pilulis fingen-dis aptæ. Sub finem adde semina.

E L A T E R I U M .

Cucumeres agrestes maturos scinde, et succum levissime expressum trajice per cribrum fetaceum tenuissimum in vas vitreum ; deinde ad aliquot horas sepone, donec crassior pars subsederit. Partem tenuorem

orem supernatantem effunde, et reliquam colando separa. Crassiorem vero partem, quæ post colandum restat, panno linteo coopertam, leni calori subjice donec exaruerit.

E X T R A C T U M
L I G N I C A M P E C H E N S I S.

R^o Ligni campechenis rafí p. libram unam.

Coque quater vel sæpius in aquæ distillatæ congio uno ad dimidium; deinde liquores simul mistos et colatos ad idoneam crassitudinem decoque.

E X T R A C T U M
C O R T I C I S P E R U V I A N I .

R^o Corticis peruviani in pulverem crassum triti p. libram unam,

Aquæ distillatæ m. libras duodecim.

Coque per unam vel alteram horam, et liquorem effunde; qui, durante calore, ruber erit et pellucebit, cessante autem, flavesget, et turbidus fiet. Eadem aquæ mensura iterum affusa, denuo coque, ut prius, et

EXTRACTA et RESINÆ.

et coctionem repete, donec liquor frigefactus maneat limpidus. Deinde liquores hos omnes mistos et colatos ad idoneam crassitudinem per vaporationem redige.

Hoc extractum sub dupli forma præparari debet; MOLLI ad pilulas fingendas apta, et DURA quæ in pulverem teri possit.

EXTRACTUM CORTICIS PERUVIANI CUM RESINA.

R Corticis peruviani in pulverem crassum triti p.
libram unam,
Spiritus vinosi rectificati m. libras quatuor.

Digere per dies quatuor, et tincturam effunde. Residuum in aquæ distillatæ libris decem decoque ad libras duas. Dein tincturam et decoctum separatim cola; et hoc vaporet, illa distilletur, donec utrumque spissari incipiat. Postremo extractum resinæ misce, et pilulis fingendis aptum redde.

Eodem modo præparari debent
Extractum Cascarillæ,
Jalapii.

EXTRACTUM

EXTRACTUM SENNAE.

R^E Sennæ p. libram unam,
Aquæ distillatæ congium unum.

Decoque sennam in aqua distillata, addito post coctionem spiritus vinosi rectificati pauxillo. Liquorem colatum ad idoneam crassitudinem redige.

OPIUM PURIFICATUM.

R^E Opii in frustula concisi p. libram unam,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duodecim.

Digere leni calore, subinde agitans donec solvatur opium, quod per chartam cola. Distilla tinturam ita paratam ad idoneam crassitudinem.

Opium purificatum sub dupli forma servetur, MOLLI ad pilulas fingendas apta, et DURA quæ in pulverem teri possit.

NOTA.

N O T A.

Omnia extracta, dum spissescunt, sæpius agitari debent.

Omnibus extractis aquofis mollieribus paululum spiritus vinosi insperge.

OLEA

OLEA EXPRESSA.

OLEUM AMYGDALÆ.

Amygdalas, vel dulces vel amaras, recentes in mortario tere; deinde prelo frigido exprime oleum.

Eodem modo exprimendum est
 Oleum e feminibus Lini contusis,
 Ricini demto prius cortice,
 et Sinapeos contusis.

ADOLENTICÆ IUGIO

1700 130

F

OLEA

OLEA DISTILLATA.

OLEUM ESSENTIALE Anisi,
 Carui,
 Lavendulæ,
 Menthæ piperitidis,
 fativæ,
 Origani,
 Pulegii,
 Rorismarini,
 Baccæ juniperi,
 Radicis saffras.

Hæc olea eliciantur distillatione ex alembico cum vase frigidario satis amplo. Ad præcavendum autem empyreuma, materiæ addenda est aqua, in qua maceranda est illa ante distillationem.

Aqua, quæ inter distillandum prodit cum oleo, in usum servari debet.

OLEUM PETROLEI.

Petroleum distilla balneo arenæ.

OLEUM

OLEUM TEREBINTHINÆ.

℞ Terebinthinæ vulgaris p. libras quinque,
Aquæ m. libras quatuor.

Terebinthinam cum aqua distilla ex alembico
cupreo.

RESINA FLAVA

Post distillationem olei terebinthinæ remanet.

OLEUM

TEREBINTHINÆ RECTIFICATUM.

℞ Olei terebinthinæ p. libram unam,
Aquæ m. libras quatuor.

Distilla.

OLEUM ANIMALE.

℞ Olei cornu cervi p. libram unam..

Ter distilla.

36 OLEA DISTILLATA.

OLEUM SUCCINI, RECTIFICATUM.

℞ Olei succini p. libram unam.

Ter distilla.

OLEUM VINI.

℞ Alkoholis,

Acidi vitriolici, singulorum m. libram unam.

Gradatim misce, et distilla, cavens ne spuma nigra in receptaculum transeat. Liquoris distillati partem oleosam separa ab acido vitriolico volatili. Parti oleosæ adde aquæ kali puri quantum satis fit ad odorem sulphureum corrigendum; dein distilla ætherem leni calore. Manet oleum vini in retorta liquorem aquosum supernatans, a quo separandum est

S A L E S.

ACIDUM VITRIOLICUM DILUTUM.

R^{et} Acidi vitriolici p. unciam unam,
Aqua distillatæ p. uncias octo.

Paulatim misce.

ACIDUM NITROSUM.

R^{et} Nitri purificati p. uncias sexaginta,
Acidi vitriolici p. uncias viginti novem.

Misce, et distilla.

Hujus pondus specificum est ad pondus aquæ distillatæ ut 1,550 ad 1,000.

ACIDUM NITROSUM DILUTUM.

R^{et} Acidi nitrofi,
Aqua distillatæ, singulorum p. libram unam.

Misce.

ACIDUM MURIATICUM.

R^E Salis muriatici exficcati p. libras decem,
Acidi vitriolici p. libras sex,
Aquæ p. libras quinque.

Sali adde gradatim acidum cum aqua prius mis-
tum: tum distilla.

Hujus pondus specificum est ad pondus aquæ dis-
tillatæ ut 1,170 ad 1,000.

ACETUM DISTILLATUM.

R^E Aceti m. libras quinque.

Distilla lento igne in vasis vitreis quamdiu guttæ
cadunt ab empyreumate puræ.

ACIDUM ACETOSUM.

R^E Æruginis in pulverem crassum tritæ p. libras duas.

Balneo aquæ, sale muriatico saturatæ, penitus ex-
ficca; dein distilla in balneo arenæ, et liquorem
iterum distilla.

Hujus pondus specificum est ad pondus aquæ dis-
tillatæ ut 1,050 ad 1,000.

S A L

SAL et OLEUM SUCCINI.

R^o Succini p. libras duas.

Distilla balneo arenæ calore gradatim aucto : ascendent liquor acidus, oleum, et sal oleo inquinatus.

SAL SUCCINI PURIFICATUS.

R^o Salis succini p. libram dimidiam,
Aquæ distillatæ m. libram unam.

Salem coque in aqua distillata, et sepone ut fiant
crystalli.

FLORES BENZOËS.

R^o Benzoës in pulverem tritæ p. libram unam.

Ollæ figulinæ, in arena locatæ, immitte ; et lento
igne flores sublima in chartæ conum ollæ aptatum.

Flores, si flavi sint coloris, cum argilla alba mistos
denuo sublima.

KALI PRÆPARATUM.

R^o Cinerum clavellatorum p. libras duas,
Aquæ distillatæ ferventis m. libras tres.

Solve,

Solve, et cola per chartam; dein liquor vaporet donec in superficie appareat pellicula. Tum per noctem sepone, ut sales neutri in crystallos abeant. Postea liquorem effunde, et aquam totam decoque assidue agitans ne sal ollæ adhæreat.

Eodem modo purificatur Kali impurum ex cineribus quorumcunque vegetabilium.

Idem sal præparari potest ex tartaro usito donec cinerei sit coloris.

A Q U A K A L I.

R Kali p. libram unam.

Sepone in loco humido donec liquefcat, et cola.

A Q U A K A L I P U R I.

R Kali p. libras quatuor,

Calcis p. libras sex,

Aquæ distillatæ congios quatuor.

Calci adde aquæ libras quatuor, et stent simul per horam, dein adde kali et aquæ quod reliquum est. Tum coque per horæ quadrantem; fine liquorem frigescere, et cola. Hujus liquoris mensura libralis uncias

uncias sedecim pendere debet. Si liquor ullam effervescentiam cum acido quocunque cieat, plus calcis adde.

KALI PURUM.

R Aquæ kali puri congium unum.

Vaporet ad siccitatem; dein ad ignem liquefacit,
et effundatur.

CALX CUM KALI PURO.

R Calcis p. libras quinque cum unciis quatuor,
Aquæ kali puri p. libras sedecim.

Decoque aquam kali ad partem quartam; deinde
calcem affusa aqua in pulverem dissolutam insperge.
Hanc in vase obturato serva.

NATRON PRÆPARATUM.

R Barillæ in pulverem tritæ p. libras duas,
Aquæ distillatæ congium unum.

G

Coque

Coque barillam in aquæ m. libris quatuor per horam dimidiā, et cola. Partem, quæ post colandum restat, coque cum reliqua aqua, et cola. Liquores misti vaporent ad libras duas, et seponantur ad dies octo. Hunc liquorem iterum cola; et, post debitam coctionem, sepone ut fiant crystalli. Crystallos in aqua distillata solve, liquoremcola, decoque, et sepone ut fiant crystalli.

AMMONIA PRÆPARATA.

℞ Salis ammoniaci in pulverem triti p. libram unam,
Cretæ præparatæ p. libras duas.
Misce, et sublima.

AQUA AMMONIÆ PURÆ.

℞ Salis ammoniaci p. libram unam,
Calcis p. libras duas,
Aquæ congium unum.

Calci adde aquæ libras duas; stent simul horam, dein adde salem ammoniacum et aquæ ferventis libras sex, et vas statim operi. Liquorem frigescendum effunde, et lento igne distilla libram unam.

AQUA

A Q U A C A M M O N I Æ.

R Salis ammoniaci p. libram unam,
 Cinerum clavellatorum p. libram unam cum fe-
 miffe,
 Aquæ m. libras quatuor.

Distilla lento igne m. libras duas.

L I Q U O R V O L A T I L I S,
 SAL, ET O L E U M C O R N U C E R V I.

R Cornu cervi p. libras decem.

Distilla igne gradatim aucto. Ascendent liquor
 volatilis, sal, et oleum. Oleo et sale separatis,
 liquorem ter distilla.

Sali adde æquale cretæ præparatæ pondus; et sub-
 lima ter, vel donec candidus fiat.

Idem liquor volatilis, sal, et oleum elici possunt e
 partibus quibusvis quorumcunque animalium, adipe
 excepta.

KALI VITRIOLATUM.

R Salis, qui restat post distillationem acidi nitroſi, p.
libras duas,
Aquæ distillatæ congios duos.

Igne forti in vase aperto acidum supervacaneum
absume; dein coque paulisper in aqua, cola, et
sepone ut fiant crystalli.

NATRON VITRIOLATUM.

~~17120~~ R Salis, qui restat post distillationem acidi muriatici,
p. libras duas,
Aquæ distillatæ m. libras duas cum semiffe.

Igne forti in vase aperto acidum supervacaneum
absume; dein coque paulisper in aqua, cola; et
sepone ut fiant crystalli.

NITRUM PURIFICATUM.

R Nitri p. libras duas,
Aquæ distillatæ m. libras quatuor.

Coque nitrum in aqua donec solvatur, cola, et
sepone ut fiant crystalli.

K A L I

KALI ACETATUM.

R Kali p. libram unam.

Coque lento igne in aceti distillati quadruplo vel quintuplo. Effervescentia cessante, plus aceti distillati diversis vicibus adjiciatur, donec, priore aceto fere per exhalationem absumto, plus aceti additum nullam cieat effervescentiam; quod fiet consumto aceti distillati quasi pondere librarum viginti: postea lente exsicetur. Relinquetur sal impurus, qui lento igne aliquantis per liquefiat; deinde aqua solvatur et per chartam coletur. Si liquefactio rite peracta sit, liquor colatus expers coloris erit; sin aliter, coloris fusci. Denique lento igne vaporet hic liquor ex vase vitro minime profundò, sale, dum arescit, subinde moto, ut citius ad siccitatem perveniat; qui vase obturato affervari debet. Sal candidissimus esse debet, totusque tum aqua tum spiritu vinofo solvi, nullis fœcibus relictis. Si sal, etiamsi albus sit, in spiritu vinofo fæces aliquas demiserit, eo spiritu solitus per chartam colandus est, iterumque exsiccandus.

A Q U A

AQUA AMMONIÆ ACETATÆ.

R Ammoniæ p. uncias duas,
Aceti distillati m. libras quatuor, vel quantum
satis fit ut ammonia faturetur.

Misce.

KALI TARTARISATUM.

R Kali p. libram unam,
Crystallorum tartari p. libras tres,
Aquæ distillatæ ferventis congium unum.

Sali, in aqua soluto, tartari crystallos in pulvrem tritas, gradatim adjice. Liquorem, postquam refixerit, per chartam cola, et post idoneam exhalationem sepone ut fiant crystalli.

NATRON TARTARISATUM.

R Natri p. uncias viginti,
Crystallorum tartari in pulverem tritarum p. libras duas,
Aquæ distillatæ ferventis m. libras decem.

Natron in aqua solve, et gradatim adde crystallos tartari. Liquor per chartam coletur, vaporet, et seponatur ut fiant crystalli.

ALUMINIS

A L U M I N I S P U R I F I C A T I O.

R Aluminis p. libram unam,
Cretæ p. drachmam unam,
Aquæ distillatæ m. libram unam.

Coque paulisper, cola, et sepone ut fiant crystalli.

A L U M E N U S T U M.

R Aluminis p. libram dimidiam,
In vase fictili ure quamdiu ebullit.

Crystallos salium, si fæcibus ullis inquinantur, primum liquore relicto, dein paululo aquæ distillatæ, vel spiritus vinosi rectificati lava.

Quum salis cujusvis concreverint crystalli ex quo cunque liquore, quod reliquum liquoris est effunde, et, si opus fit, cola. Vaporatione iterata partem liquoris absume, et sepone ut fiant crystalli. Hoc repete quamdiu crystalli prodeunt puræ.

M A G N E S I A.

M A G N E S I A A L B A.

R Salis amari,
 Kali, singulorum p. libras duas,
 Aquæ distillatæ ferventis m. libras viginti.

Salem amarum et kali singulatim solve in aquæ libris decem, et per chartam cola; dein misce. Coque liquorem paulisper, et adhuc calentem cola per linteum, super quod restabit MAGNESIA ALBA; dein aqua distillata sæpius affusa kali vitriolatum ablue.

M A G N E S I A U S T A.

R Magnesiæ albæ p. uncias quatuor.

Magnesiam igni forti duas horas subjice. Hanc frigefactam in vase vitro obturato reponæ.

PRÆPARATA e SULPHURE.

FLORES SULPHURIS L OTI.

R Florum sulphuris p. libram unam,
Aquaæ distillatæ m. libras quatuor.

Flores sulphuris coque paulisper in aqua distil-
lata; deinde hanc aquam effunde, et, frigida affusa,
acidum ablue: denique exsicca.

KALI SULPHURATUM.

R Florum sulphuris p. unciam unam,
Kali p. uncias quinque.

Salem sulphuri, lento igne liquefacto, assidua agi-
tatione immisce, donec in unum coëant.

50 PRÆPARATA e SULPHURE.

OLEUM SULPHURATUM,
et
PETROLEUM SULPHURATUM.

R^E Florum sulphuris p. uncias quatuor,
Olei olivæ p. uncias sedecim.

Flores sulphuris coque cum oleo in olla parum
operta, donec in unum coëant.

Itidem fit petroleum sulphuratum.

SULPHUR PRÆCIPITATUM.

R^E Kali sulphurati p. uncias sex,
Aquæ distillatæ p. libram unam cum semisse,
Acidi vitriolici diluti quantum fatis sit.

Coque kali sulphuratum in aqua distillata donec
solvatur. Liquorem per chartam cola, cui adde
acidum vitriolicum. Pulverem præcipitatum lava
affusa sœpius aqua donec insipidus fiat.

PRÆPARATA

PRÆPARATA ex ANTIMONIO.

ANTIMONIUM CALCINATUM.

℞ Antimonii in pulverem triti p. uncias octo,
Nitri in pulverem triti p. libras duas.

Misce, et gradatim in crucibulum igne rubens
immitte; ure materiam albam circiter horam dimi-
diam, et frigefactam in pulverem tere; deinde aqua
distillata lava.

CROCUS ANTIMONII.

℞ Antimonii in pulverem triti,
Nitri in pulverem triti, singulorum p. libram
unam,
Salis muriatici p. unciam unam.

Misce, et gradatim in crucibulum igne rubens
injice, et calore aucto liqua. Materiam liquatam
effunde, et frigefactam a scoriis separa.

52 PRÆPARATA ex ANTIMONIO.

ANTIMONIUM MURIATUM.

R^{et} Croci antimonii in pulverem triti,
Acidi vitriolici, singulorum p. libram unam,
Salis muriatici siccatae p. libras duas.

Acidum vitriolicum retortæ infunde, paulatim addens salem muriaticum et crocum antimonii prius mixta: dein balneo arenæ fiat distillatio. Materia distillata plures dies aëri pateat; tum effundatur e fæcibus pars liquida.

PULVIS ANTIMONIALIS.

R^{et} Antimonii in pulverem crassum triti,
Cornu cervi rasi, singulorum p. libras duas.

Misce, et injice ollæ ferreæ latæ, ad rubedinem calefactæ, et assidue agita, donec colore cinereo fuerint. Materiam refrigeratam in pulverem tere, et crucibulo loricato immitte. Crucibulum aliud inversum, cui parvum sit in fundo foramen, luto conjunge. Ignem subministra, quem ad rubedinem sensim auge, et ita auctum serva per horas duas. Denique materiam frigefactam in pulverem subtilissimum tere.

S U L P H U R

S U L P H U R
A N T I M O N I I P R Ä C I P I T A T U M .

℞ Antimonii in pulverem triti p. libras duas,
Aquæ kali puri m. libras quatuor,
Aquæ distillatæ m. libras tres.

Misce, et coque igne lento horas tres, assidue agitans, et addens aquam distillatam prout opus fuerit. Lixivium calidum cola per linteam duplex; et liquori adhuc calenti instilla paulatim acidi vitriolici diluti quantum satis fit ad dejiciendum sulphur. Aqua calida kali vitriolatum ablue.

A N T I M O N I U M T A R T A R I S A T U M .

℞ Croci antimonii in pulverem triti p. libram unam cum semiffe,
Crystallorum tartari p. libras duas,
Aquæ distillatæ congios duos.

Coque in vase vitro circiter horæ quadrantem; per chartamcola, et liquorem colatum sepone ut fiant crystalli.

A N T I M O N I U M

54 PRÆPARATA ex ANTIMONIO.

ANTIMONIUM VITRIFICATUM.

R Antimonii in pulverem triti p. uncias quatuor.

In vase fictili lato ure igne sensim aucto, bacillo ferreo agitans, donec fumum sulphureum non amplius emittat. Hunc pulverem immitte crucibulo, ita ut duas tertias partes ejus occupet. Operculo aptato, ignem subministra, primum modicum, deinde fortiorem, donec liquetur materia. Vitrum liquefactum effunde.

PRÆPARATUM

PRÆPARATUM ex ARGENTO.

ARGENTUM NITRATUM.

R Argenti p. unciam unam,
Acidi nitroſi diluti m. uncias quatuor.

Argentum acido nitroſo in vase vitreo ſuper arenam calidam ſolve; deinde, calore leniter aucto, exſicca: poſtea in crucibulo liqua, ut in formas idoneas effundatur, cautim evitato nimio calore.

PRÆPARATA

PRÆPARATA e FERRO.

FERRUM AMMONIACALE.

R^{et} Ferri ramentorum p. libram unam,
Salis ammoniaci p. libras duas.

Misce, et sublima. Quod restat in vasis fundo cum
materia sublimata simul terendo misce, iterumque
sublima.

FERRI RUBIGO.

R^{et} Ferri ramentorum p. libram unam.

Ferrum, aëri subjectum, humecta sæpius aqua,
donec in rubiginem exesum fuerit; deinde tere in
mortario ferreo, et affusa aqua distillata pulverem
subtilissimum ablue: residuum vero, quod modico
tritu in pulverem facile abluendum non redigitur, hu-
mectatum aëri diutius subjice; et denuo in mortario
tritum ablue, ut prius. Pulvis ablutus siccetur.

F E R R U M

FERRUM TARTARISATUM.

℞ Ferri ramentorum p. libram unam,
Crystallorum tartari tritarum p. libras duas.

Misce cum aqua distillata in materiam crassam,
quam in patulo vase figulino dies octo aëri ex-
pone; dein materiam balneo arenæ arefactam in
pulverem subtilissimum tere.

FERRUM VITRIOLATUM.

℞ Ferri ramentorum,
Acidi vitriolici, singulorum p. uncias octo,
Aquæ distillatæ m. libras tres.

Misce in vase vitreo, et quum cessaverit ebullire,
fiste aliquamdiu super arenam calidam; deinde li-
quorem effusum per chartam cola, et post idoneam
exhalationem sepone ut fiant crystalli.

PRÆPARATA ex HYDRARGYRO.

HYDRARGYRUS PURIFICATUS.

R^o Hydrargyri,
 Ferri ramentorum, singulorum p. libras quatuor.
 Tere simul, et distilla e vase ferreo.

HYDRARGYRUS ACETATUS.

R^o Hydrargyri purificati p. libram unam,
 Acidi nitroſi diluti p. libras duas,
 Aquæ kali quantum satis fit.

Hydrargyrum cum acido misce in vase vitreo, et
 in balneo arenæ solve: tum paulatim instilla aquam
 kali ut calx hydrargyri dejiciatur. Hanc aqua distil-
 lata plurima lava, et leni calore ficca. His per-
 actis,

R^o Calcis

PRÆPARATA ex HYDRARGYRO. 59

℞ Calcis hydrargyri modo descriptæ p. libram unam,
Acidi acetosí quantum calci solvendæ sufficiat.

Misce in vase vitro, et, hydrargo soluto, li-
quorem per chartam cola; dein vaporet liquor donec
pellicula appareat, et seponatur ut fiant crystalli.
Has in vase obturato repone.

HYDRARGYRUS CALCINATUS.

℞ Hydrargyri purificati p. libram unam.

Hydrargyrum in cucurbita vitrea, cui fundus pla-
nior sit, in balneo arenæ calori 600° circiter expone,
donec in pulverem rubrum concreverit.

HYDRARGYRUS CUM CRETA.

℞ Hydrargyri purificati p. uncias tres,
Cretæ in pulverem tritæ p. uncias quinque,

Tere simul donec globuli visum fugerint.

HYDRARGYRUS MURIATUS.

℞ Hydrargyri purificati,
Acidi vitriolici, singulorum p. libras duas,
Salis muriatici fccati p. libras tres cum semissæ.

60 PRÆPARATA ex HYDRARGYRO.

Misce hydrargyrum cum acido in vase vitro, et coque in balneo arenæ donec materia exficcata fuerit. Materiam frigefactam misce in vase vitro cum sale muriatico; tum in cucurbita vitrea sublima calore sensim aucto. Dein materia sublimata a scoriis separetur.

C A L O M E L A S.

R Hydrargyri muriati p. libram unam,
Hydrargyri purificati p. uncias novem.

Tere simul donec globuli visum fugerint, et sublima; dein materiam totam iterum tere, et sublima. Eodem modo sublimationem quater repete. Postea materiam in pulverem subtilissimum tere, et affusa aqua distillata fervente lava.

HYDRARGYRUS MURIATUS MITIS.

R Hydrargyri purificati,
Acidi nitrofi diluti, singulorum p. libram dimidiam.

Misce in vase vitro, et sepone donec hydrargyrus solvatur. Ferveant, ut solvatur sal. Liquorem

PRÆPARATA ex HYDRARGYRO. 61

rem ferventem effunde in vas vitreum, cui prius inditus sit aliis liquor fervens, qui constat ex

Salis muriatici p. unciis quatuor,
Aquæ distillatæ m. libris octo.

Postquam pulvis albus ad fundum vasis descendenterit, effundatur liquor limpidus supernatans; et pulvis remanens affusa saepius aqua calida largetur donec insipidus fit. Tum charta bibula exceptus leni calore exsiccatur.

HYDRARGYRUS NITRATUS RUBER.

℞ Hydrargyri purificati,
Acidi nitrofi, singulorum p. libram unam,
Acidi muriatici p. drachmam unam.

Misce in vase vitro, et in balneo arenæ solve hydrargyrum; tum ignem auge, donec materia in crystallos rubras abeat.

CALX HYDRARGYRI ALBA.

℞ Hydrargyri muriati,
Salis ammoniaci,
Aquæ kali, singulorum p. libram dimidiam.

Solve

62 PRÆPARATA ex HYDRARGYRO.

Solve primo salem ammoniacum, et dein hydrargyrum muriatum, aqua distillata, et adde aquam kali. Pulverem præcipitatum lava donec sapore careat.

HYDRARGYRUS CUM SULPHURE.

R Hydrargyri purificati,
Florum sulphuris, singulorum p. libram unam.

Tere simul donec globuli visum fugerint.

H Y D R A R G Y R U S S U L P H U R A T U S R U B E R.

R Hydrargyri purificati p. uncias quadraginta,
Sulphuris p. uncias octo.

Sulphuri liquefacto hydrargyrum immisce. Si misturaflammam concipiat, eam extingue vas tegendo; deinde in pulverem tere materiam, et sublima.

HYDRARGYRUS

HYDRARGYRUS VITRIOLATUS.

R Hydrargyri purificati,
Acidi vitriolici, singulorum p. libram unam.

Misce in vase vitro, et gradatim incalescant donec in materiam albam coeant, quæ igne forti penitus exficcanda est. Hæc materia, plurima aqua calida distillata affusa, statim flavescit, et in pulverem fatiscet. Pulverem tere diligenter cum hac aqua in mortario vitro. Postquam pulvis subsederit, aquam effunde; et, plus aquæ distillatæ aliquoties adjiciens, lava materiam donec saporis expers sit.

PRÆPARATA e PLUMBO.

CERUSSA ACETATA.

R Cerussæ p. libram unam,
Aceti distillati congium unum cum semisse.

Coque cerussam cum aceto donec acetum saturretur; deinde per chartam cola, et post idoneam exhalationem sepone ut fiant crystalli.

AQUA LITHARGYRI ACETATI.

R Lithargyri p. libras duas cum unciis quatuor,
Aceti distillati congium unum.

Misce, et decoque ad libras sex, assidue agitans;
dein sepone. Postquam fæces subsederint, cola.

PRÆPARATUM

PRÆPARATUM e STANNO.**STANNUM PULVERATUM.**

R Stanni p. libras sex.

In vase ferreo liqua, et agita baculo ferreo donec pulvis supernatet. Pulverem aufer, et frigefactum per cibrum trajice.

PRÆPARATA e ZINCO.

ZINCUM CALCINATUM.

R^o Zinci in frustula fracti p. uncias octo.

Zincum candenti crucibulo capaci alto et inclinato per vices injice, crucibulum aliud superimponens, adeo ut aëri liceat zincum candens attingere. Calcem, simul ac illa appareat, exime, et partem ejus albam et leviorem per cribum trajice.

ZINCUM
VITRIOLATUM PURIFICATUM.

R^o Vitrioli albi p. libram unam,
Acidi vitriolici p. drachmam unam,
Aquæ distillatæ ferventis m. libras tres.

Misce, et per chartam cola; post idoneam exhalationem sepone in loco frigido ut fiant crystalli.

A QUÆ

A Q U A E D I S T I L L A T A E.

A Q U A D I S T I L L A T A.

℞ Aquæ fontanæ congios decem.

Distilla primum libras quatuor; quibus abjectis, distilla congios quatuor. Aquam hanc serva in lagena vitrea, vel fictili, vitro epistomio obturata.

A Q U A A N E T H I.

℞ Seminum anethi contusorum p. libram unam,

Aquæ quod satis fit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

A Q U A C I N N A M O M I.

℞ Corticis cinnamomi contusi p. libram unam,

Aquæ quod satis fit ad præcavendum empyreuma.

Macera per horas quatuor et viginti, et distilla congium unum.

68 A Q U A E D I S T I L L A T A E.

A Q U A F O E N I C U L I.

R Seminum feniculi dulcis contusorum p. libram unam,
Aquæ quod satis sit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

A Q U A M E N T H A E P I P E R I T I D I S.

R Herbæ menthæ piperitidis exsiccatæ p. libram unam cum semisse,
Aquæ quod satis sit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

A Q U A M E N T H A E S A T I V A E.

R Herbæ menthæ sativæ exsiccatæ p. libram unam cum semisse,
Aquæ quod satis sit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

A Q U A

A Q U A E D I S T I L L A T A E. 69

A Q U A P I M E N T O.

R^E Baccarum pimento contusarum p. libram dimidiam,

Aquæ quod satis fit ad præcavendum empyreuma.

Macera per horas quatuor et viginti, et distilla congiūm unum.

A Q U A P U L E G I I.

R^E Herbæ pulegii exficcatae p. libram unam cum semissæ,

Aquæ quod satis fit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congūm unum.

A Q U A R O S A E.

R^E Petalorum rosæ damascenæ recentium, demtis unguibus, p. libras sex,

Aquæ quod satis fit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congūm unum.

Aquas

70 AQUÆ DISTILLATÆ.

Aquas ex herbis exficcatis distillandas esse præcepimus, quoniam recentes omni anni tempore non præsto sunt. Quandocunque hæ in usum veniunt, pondera sunt augenda. Sive autem recentes, seu exficcatæ adhibeantur, opifici licet pondus variare, ratione habita ad cœli tempestatem, sub quo herbæ succreverint et fuerint collectæ.

Herbæ et semina, ultra unius anni spatiū servata, minus idonea sunt quæ aquarum distillationi inser-viant.

Singulis harum aquarum congiis adde spiritus vinofi tenuioris m. uncias quinque.

S P I R I T U S

SPIRITUS DISTILLATI.

ALKOHOL.

℞ Spiritus vinofi rectificati congium unum,
 Kali calidi p. libram unam cum semisse,
 Kali puri p. unciam unam.

Misce spiritum vinosum cum kali puro; et dein
 adde kali calidi libram unam, agita, et digere per
 horas quatuor et viginti. Effunde spiritum, cui adde
 kali quod reliquum est, et distilla balneo aquoso.
 Servetur in vase bene obturato.

Alkoholis pondus specificum est ad pondus aquæ
 distillatæ ut 815 ad 1,000.

SPIRITUS ÆTHERIS VITRIOLICI

℞ Spiritus vinofi rectificati,
 Acidi vitriolici, singulorum p. libram unam.

Paulatim

SPIRITUS DISTILLATI.

Paulatim acidum spiritui infunde, et agitando misce; dein ex retorta in receptaculum tubulatum, cui aptetur vas recipiens, lento igne distilla spiritum ætheris vitriolici, donec vapores sulphurei incepint oriri.

ÆTHER VITRIOLICUS.

R Spiritus ætheris vitriolici p. libras duas,
Aquæ kali puri m. unciam unam.

Agita simul, et leni calore distilla m. uncias quatuordecim.

SPIRITUS ÆTHERIS NITROSI.

R Spiritus vinosi rectificati m. libras duas,
Acidi nitrosi p. libram dimidiam.

Misce affundendo acidum spiritui, et distilla leni calore p. libram unam cum unciis decem.

SPIRITUS

SPIRITUS AMMONIAE.

R Spiritus vinosi tenuioris m. libras tres,
Salis ammoniaci p. uncias quatuor,
Cinerum clavellatorum p. uncias sex.

Misce, et distilla lento igne m. libram unam cum
semisse.

SPIRITUS AMMONIAE FOETIDUS.

R Spiritus vinosi tenuioris m. libras sex,
Salis ammoniaci p. libram unam,
Afæ fœtidæ p. uncias quatuor,
Cinerum clavellatorum p. libram unam cum se-
misse.

Misce, et distilla lento igne m. libras quinque.

74 SPIRITUS DISTILLATI.

SPIRITUS ANISI COMPOSITUS.

℞ Seminum contuforum anisi,
angelicæ, singulorum p. lib-
ram dimidiā,
Spiritus vinosi tenuioris congium unum,
Aquæ quod satis sit ad præcavendum empy-
reuma.

Distilla congium unum.

S P I R I T U S C A R U I.

℞ Seminum carui contuforum p. libram dimi-
diā,
Spiritus vinosi tenuioris congium unum,
Aquæ quod satis sit ad præcavendum empy-
reuma.

Distilla congium unum.

S P I R I T U S

SPIRITUS DISTILLATI. 75

SPIRITUS CINNAMOMI.

R^E Corticis cinnamomi contusi p. libram unam,
Spiritus vinosi tenuioris congium unum,
Aquæ quod satis sit ad præcavendum empy-
reuma.

Distilla congium unum.

SPIRITUS JUNIPERI COMPOSITUS.

R^E Baccarum juniperi contusarum p. libram unam,
Seminum carui contusorum,
Seminum fœniculi dulcis, singulorum p. unciam
unam cum semisse,
Spiritus vinosi tenuioris congium unum,
Aquæ quod satis sit ad præcavendum empy-
reuma.

Distilla congium unum.

L 2 SPIRITUS

76 SPIRITUS DISTILLATÆ

SPIRITUS LAVENDULÆ.

℞ Florum recentium lavendulæ p. libram unam cum semisse,

Spiritus vinosi tenuioris congium unum.

Distilla balneo aquofo m. libras quinque.

S P I R I T U S
M E N T H Æ P I P E R I T I D I S .

℞ Herbæ menthæ piperitidis exsiccatæ p. libram unam cum semisse,

Spiritus vinosi tenuioris congium unum,

Aquæ quod satis fit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

SPIRITUS MENTHÆ SATIVÆ.

℞ Herbæ menthæ sativæ exsiccatæ p. libram unam cum semisse,

Spiritus vinosi tenuioris congium unum,

Aquæ quod satis fit ad præcavendum empyreuma.

Distilla congium unum.

S P I R I T U S

SPIRITUS DISTILLATI. 77.

SPIRITUS NUCIS MOSCHATÆ.

℞ Nucis moschatæ contusæ p. uncias duas,
Spiritus vinosi tenuioris congium unum,
Aquæ quod satis fit ad præcavendum empy-
reuma.

Distilla congium unum.

SPIRITUS PIMENTO.

℞ Baccarum contusarum pimento p. uncias duas,
Spiritus vinosi tenuioris congium unum;
Aquæ quod satis fit ad præcavendum empy-
reuma..

Distilla congium unum.

SPIRITUS PULEGII.

℞ Herbæ pulegii exficcatæ p. libram unam cum
semifisse,
Spiritus vinosi tenuioris congium unum,
Aquæ quod satis fit ad præcavendum empy-
reuma.

Distilla congium unum.

SPIRITUS

78 SPIRITUS DISTILLATI.

S P I R I T U S
R A P H A N I C O M P O S I T U S .

R Radicis raphani rusticani recentis,
Corticis exterioris aurantiorum hispalensium ex-
ficcati, singulorum p. libras duas,
Herbæ cochleariae hortensis recentis p. libras qua-
tuor,
Nucis moschatæ contusæ p. unciam unam,
Spiritus vinosi tenuioris congios duos,
Aquæ quod satis sit ad præcavendum empy-
reuma.

Distilla congios duos.

S P I R I T U S R O R I S M A R I N I .

R Cacuminum rorifmarini recentium p. libram unam
cum semifße,
Spiritus vinosi tenuioris congium unum.

Distilla balneo aquoso m. libras quinque.

D E C O C T A

DECOCTA et INFUSA.

DECOCTUM CORNU CERVI.

℞ Cornu cervi usti et præparati p. uncias duas,
 Arabici gummi p. drachmas sex,
 Aquæ distillatæ m. libras tres.

Decoque assidue agitans ad libras duas, et cola.

DECOCTUM CORTICIS PERUVIANI.

℞ Corticis peruviani in pulverem triti p. unciam unam,
 Aquæ distillatæ m. libram unam cum unciis tribus.

Coque per horæ partem sextam in vase operto, et
 liquorem adhuc calentem cola.

DECOCTUM pro ENEMATE.

℞ Foliorum exficcatorum malvæ p. unciam unam,
 Florum chamæmeli exficcatorum p. unciam dimidiæ,
 Aquæ m. libram unam.

Coque, et cola.

DECOCTUM

D E C O C T U M pro F O M E N T O.

R Foliorum abrotoni exficcatorum,
Cacuminum absinthii maritimi exficcatorum,
Florum chamæmeli exficcatorum, singulorum p.
unciam unam,
Foliorum lauri exficcatorum p. unciam dimidiam,
Aquæ distillatæ m. libras sex.

Paulisper coque, et cola.

D E C O C T U M H E L L E B O R I.

R Radicis hellebore albi in pulverem tritæ p. un-
ciam unam,
Aquæ distillatæ m. libras duas,
Spiritus vinosi rectificati p. uncias duas.

Aquam cum radice decoque ad libram unam, et
liquori frigefacto et colato adde spiritum.

D E C O C T U M

DECOCTUM HORDEI.

R Hordei perlati p. uncias duas,
Aquæ distillatæ m. libras quatuor.

Res alienas, hordeo adhærentes, aqua frigida pri-
mum ablue; deinde, affusa aquæ libra circiter dimi-
dia, hordeum paulisper coque. Hac aqua abjecta,
hordeo aquam distillatam ferventem adde; decoque
ad libras duas, et cola.

DECOCTUM
HORDEI COMPOSITUM.

R Decocti hordei m. libras duas,
Uvarum passarum, acinis exemptis,
Caricarum incifarum, singularum p. uncias duas,
Radicis glycyrrhizæ incisæ et contusæ p. unciam
dimidiæ,
Aquæ distillatæ m. libram unam.

Decoque ad libras duas, et cola.

D E C O C T U M S A R S A P A R I L L Æ .

R^E Radicis sarsaparillæ incisæ p. uncias sex,
Aquæ distillatæ m. libras octo.

Macera per duas horas calore circiter 195°; dein radicem exime, et contunde; contusam liquori redde, et iterum macera per horas duas. Deinde liquorem, ad mensuram quatuor librarum decoctum, exprime, et cola.

D E C O C T U M
S A R S A P A R I L L Æ C O M P O S I T U M .

R^E Radicis sarsaparillæ incisæ et contusæ p. uncias sex,
Corticis radicis sassafras,
Ligni guaiaci rafsi,
Radicis glycyrrhizæ contusæ, singulorum p. unciam unam,
Corticis radicis mezerei p. drachmas tres,
Aquæ distillatæ m. libras decem.

Macera leni calore per horas sex; dein decoque ad mensuram librarum quinque, sub finem coctionis addens corticem radicis mezerei. Cola liquorem.

D E C O C T U M

DECOC T U M U L M I.

℞ Corticis interioris recentis ulmi contusi p. uncias
quatuor,
Aquæ distillatæ m. libras quatuor.

Decoque ad libras duas, et cola.

MUCILAGO AMYLI.

℞ Amyli p. drachmas tres,
Aquæ distillatæ m. libram unam.

Amylum tere, paulatim addens aquam distilla-
tam; dein coque paulisper.

MUCILAGO ARABICI GUMMI.

℞ Arabici gummi in pulverem triti p. uncias qua-
tuor,
Aquæ distillatæ ferventis m. uncias octo.

Tere gummi in aqua donec solvatur.

MUCILAGO
SEMINIS CYDONII MALI.

℞ Seminum cydonii mali p. drachmam unam,
Aquæ distillatæ m. uncias octo.

Coque lento igne donec aqua lentescat; dein per
linteum trajice.

INFUSUM
GENTIANÆ COMPOSITUM.

℞ Radicis gentianæ p. drachmam unam,
Corticis exterioris limonum recentium p. unciam
dimidiam,
Corticis exterioris aurantiorum hispalensium ex-
ficcati p. drachmam unam cum semiffe,
Aquæ ferventis m. uncias duodecim.

Macera per horam unam, et cola.

INFUSUM

I N F U S U M S E N N Æ S I M P L E X .

℞ Sennæ p. unciam unam cum semisse,
Zingiberis in pulverem triti p. drachmam unam,
Aquæ distillatæ ferventis m. libram unam.

Macera per horam unam in vase operto, et liquorem frigefactum cola.

I N F U S U M
S E N N Æ T A R T A R I S A T U M .

℞ Sennæ p. unciam unam cum semisse,
Seminum coriandri contusorum p. unciam dimidiadim,
Crystallorum tartari p. drachmas duas,
Aquæ distillatæ m. libram unam.

Crystallos tartari in aqua coquendo solve ; deinde liquorem adhuc ferventem fennæ et seminibus affunde ; macera per horam unam in vase operto, et frigefactum cola.

A Q U A C A L C I S.

R Calcis p. libram dimidiam,
Aquæ distillatæ ferventis m. libras duodecim.

Misce, et sepone in vase operto per horam unam;
dein effunde liquorem, quem in vase obturato serva.

I N F U S U M R O S Æ.

R Petalorum rosæ rubræ nondum explicitorum, dem-
tis unguibus, p. unciam dimidiam,
Acidi vitriolici diluti p. drachmas tres,
Aquæ distillatæ ferventis m. libras duas cum fe-
misse,
Sacchari purificati p. unciam unam cum femisse.

Aquam primo petalis affunde in vase vitro; dein
adde acidum vitriolicum dilutum, et macera per
horam dimidiam. Liquorem frigefactum cola, et
adjice faccharum.

A C E T U M

A C E T U M S C I L L Æ.

℞ Scillarum recens exsiccatarum p. libram unam,
Aceti m. libras sex,
Spiritus vinosi tenuioris m. libram dimidiam.

Macera scillas in aceto leni calore in vase vitro per
horas quatuor et viginti. Deinde liquorem expime,
et sepone ut fæces subsidant; denique liquori effuso
adde spiritum.

VINA

V I N A M E D I C A T A.

V I N U M A L O È S.

℞ Aloës focotorinæ p. uncias octo,
 Canellæ albæ p. uncias duas,
 Vini albi hispanici m. libras sex,
 Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Aloën et canellam albam separatim in pulverem
 tere; mistis vinum affunde. Deinde digere per
 dies quatuordecim subinde agitans; et postremo
 cola.

Non alienum erit arenam albam, sordibus purga-
 tam, pulveri miscere, quo minus concrescat aloë
 madefacta.

V I N U M A N T I M O N I I.

℞ Antimonii vitrificati in pulverem triti p. unciam
 unam,
 Vini albi hispanici m. libram unam cum semisse.

Digere per dies duodecim sœpe agitans; et per
 chartam colas.

V I N U M

VINUM
ANTIMONII TARTARISATI.

R Antimonii tartarifati p. scrupulos duos,
Aqua distillatae ferventis m. uncias duas,
Vini albi hispanici m. uncias octo.

Solve antimonium tartarisatum in aqua distillata
ferventi, et adde vinum.

VINUM FERRI.

R Ferri ramentorum p. uncias quatuor,
Vini albi hispanici m. libras quatuor.

Digere per mensem saepe agitans, et cola.

VINUM IPECACUANHÆ.

R Radicis ipecacuanhæ contusæ p. uncias duas,
Vini albi hispanici m. libras duas.

Digere per dies decem, et cola.

90 V I N A M E D I C A T A.

V I N U M R H A B A R B A R I.

R Rhabarbari incisi p. uncias duas cum semissé,
Seminum cardamomi minoris contusorum, demtis
capfulis, p. unciam dimidiam,
Croci p. drachmas duas,
Vini albi hispanici m. libras duas,
Spiritus vinosi tenuioris m. uncias octo.

Digere per dies decem, et cola.

T I N C T U R Æ.

T I N C T U R A E.

T I N C T U R A A L O E S.

R Aloës socotorinæ in pulverem tritæ p. unciam dimidiam,
 Extracti glycyrrhizæ p. unciam unam cum semisse,
 Aquæ distillatae,
 Spiritus vinosi tenuioris, singulorum m. uncias octo.

Digere in balneo arenæ vas subinde agitans donec solvatur extractum, et cola.

TINCTURA ALOËS COMPOSITA.

R Tincturæ myrrhæ m. libras duas,
 Croci,
 Aloës socotorinæ, singulorum p. uncias tres.

Digere per dies octo, et cola.

TINCTURA ASÆ FOETIDÆ.

R Afæ fœtidæ p. uncias quatuor,
Spiritus vinosi rectificati m. libras duas.

Digere leni calore per dies sex, et cola.

TINCTURA
BALSAMI PERUVIANI.

R Balsami peruviani p. uncias quatuor,
Spiritus vinosi rectificati m. libram unam.

Digere donec solvatur balsamum.

TINCTURA
BALSAMI TOLUTANI.

R Balsami tolutani p. unciam unam cum semiffe,
Spiritus vinosi rectificati m. libram unam.

Digere donec solvatur balsamum, et cola.

TINCTURA

T I N C T U R A
B E N Z O E S C O M P O S I T A.

R^E Benzoës p. uncias tres,
Styracis colati p. uncias duas,
Balfami tolutani p. unciam unam,
Aloës focotorinæ p. unciam dimidiam,
Spiritus vinosi rectificati m. libras duas.

Digere leni calore per triduum, et cola.

T I N C T U R A C A N T H A R I D I S.

R^E Cantharidum contusarum p. drachmas duas,
Coccinellarum in pulverem tritarum p. drach-
mam dimidiam,
Spiritus vinosi tenuioris m. libram unam cum se-
missé.

Digere per dies octo, et cola.

T I N C T U R A C A R D A M O M I.

R^E Seminum cardamomi minoris contusorum, demtis
capfulis, p. uncias tres,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere per dies octo, et cola.

T I N C T U R A

T I N C T U R A
C A R D A M O M I C O M P O S I T A.

℞ Seminum cardamomi minoris, demtis capsulis,
carui,
Coccinellarum, singulorum in pulverem tritorum,
p. drachmas duas,
Corticis cinnamomi contusi p. unciam dimidiam,
Uvarum passarum, demtis acinis, p. uncias qua-
tuor,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere per dies quatuordecim, et cola.

T I N C T U R A C A S C A R I L L Æ.

℞ Corticis cascarillæ in pulverem triti p. uncias
quatuor,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere leni calore per dies octo, et cola.

T I N G T U R A

TINCTURA CASTOREI.

℞ Castorei russici in pulverem triti p. uncias duas,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere per dies decem, et cola.

TINCTURA CATECHU.

℞ Catechu p. uncias tres,
Corticis cinnamomi contusī p. uncias duas,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere per triduum, et cola.

TINCTURA CINNAMOMI.

℞ Corticis cinnamomi contusī p. unciam unam cum
semifße,
Spiritus vinosi tenuioris m. libram unam.

Digere per dies decem, et cola.

TINCTURA

TINCTURA
CINNAMOMI COMPOSITA.

℞ Corticis cinnamomi contusī p. drachmas sex,
 Seminum cardamomi minoris, demtis capsulis, p.
 drachmas tres,
 Piperis longi,
 Zingiberis, singulorum in pulverem tritorum, p.
 drachmas duas,
 Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere per dies octo, et cola.

TINCTURA COLOMBÆ.

℞ Radicis colombæ in pulverem tritæ p. uncias duas
 cum semisse,
 Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere per dies octo, et cola.

TINCTURA
CORTICIS AURANTII.

℞ Corticis exterioris aurantiorum hispalensium re-
 centis p. uncias tres,
 Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere per triduum, et cola.

TINCTURA

TINCTURA
CORTICIS PERUVIANI.

℞ Corticis peruviani in pulverem triti p. uncias quatuor,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere leni calore per dies octo, et cola.

TINCTURA
CORTICIS PERUVIANI COMPOSITA.

℞ Corticis peruviani in pulverem triti p. uncias duas,
Corticis exterioris aurantiorum hispalensium exficiati p. unciam unam cum semifisse,
Radicis serpentariæ virginianæ contusæ p. drachmas tres,
Croci p. drachmam unam,
Coccinellarum in pulverem tritarum p. scrupulos duos,
Spiritus vinosi tenuioris m. uncias viginti.

Digere per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA FERRI MURIATI.

R Ferri rubiginis p. libram dimidiam,
 Acidi muriatici p. libras tres,
 Spiritus vinosi rectificati m. libras tres.

Ferri rubigini affunde acidum muriaticum in vase
 vitro; et mista per triduum subinde agita. Sepone ut
 fæces subsidunt, dein liquorem effunde. Hunc per
 exhalationem ad libram unam absume, et frigefacto
 spiritum vinorum adde.

TINCTURA GALBANI.

R Galbani minutim incisi p. uncias duas,
 Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.
 Digere leni calore per dies octo, et cola.

TINCTURA
GENTIANÆ COMPOSITA.

R Radicis gentianæ incisæ et contusæ p. uncias duas,
 Corticis exterioris aurantiorum hispalensium exfic-
 cati p. unciam unam,
 Seminum cardamomi minoris contusorum, demtis
 capfulis, p. unciam dimidiam,
 Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere per dies octo, et cola.

TINCTURA

TINCTURA GUAIACI.

℞ Gummi guaiaci p. uncias quatuor,
Spiritus ammoniæ compositi m. libram unam cum
semiffe.

Digere per triduum, et cola.

TINCTURA HELLEBORI NIGRI.

℞ Radicis hellebori nigri in pulverem crassum tritæ
p. uncias quatuor,
Coccinellarum in pulverem tritarum p. scrupulos
duos,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere leni calore per dies octo, et cola.

TINCTURA JALAPII.

℞ Radicis jalapii in pulverem tritæ p. uncias octo,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere leni calore per dies octo, et cola.

T I N C T U R A
L A V E N D U L Æ C O M P O S I T A.

℞ Spiritus lavendulæ m. libras tres,
 rorifmarini m. libram unam,
 Corticis cinnamomi contusi,
 Nucis moschatæ contusæ, singulorum p. unciam
 dimidiam,
 Santali rubri p. unciam unam.

Digere per dies decem, et cola.

T I N C T U R A M Y R R H Æ.

℞ Myrrhæ contusæ p. uncias tres,
 Spiritus vinosi tenuioris m. libram unam cum se-
 missæ,
 rectificati m. libram dimidiam.

Digere leni calore per dies octo, et cola.

T I N C T U R A O P I I.

℞ Opii purificati duri in pulverem triti p. drachmas.
 decem,
 Spiritus vinosi tenuioris m. libram unam.

Digere per dies decem, et cola.

TINCTURA

TINCTURA OPII CAMPHORATA.

℞ Opii purificati duri,
Florum benzöës, singulorum p. drachmam unam,
Camphoræ p. scrupulos duos,
Olei effentialis anisi p. drachmam unam,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere per triduum.

TINCTURA RHABARBARI.

℞ Rhabarbari incisi p. uncias duas,
Seminum cardamomi minoris contusorum, demtis
capsulis, p. unciam dimidiam,
Croci p. drachmas duas,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere per dies octo, et cola.

TINCTURA

TINCTURA

RHABARBARI COMPOSITA.

R Rhabarbari incisi p. uncias duas,
 Zingiberis in pulverem triti,
 Croci, singulorum p. drachmas duas,
 Radicis glycyrrhizæ contusæ p. unciam dimidi-
 diam,
 Aquæ distillatæ m. libram unam,
 Spiritus vinosi tenuioris m. uncias duodecim.

Digere per dies quatuordecim, et cola.

TINCTURA SABINÆ COMPOSITA.

R Extracti sabinæ p. unciam unam,
 Tincturæ castorei m. libram unam,
 myrrhæ m. libram dimidiad.

Digere donec solvatur extractum sabinæ, et cola.

TINCTURA

T I N C T U R A S C I L L A E.

℞ Scillarum recens exficcatarum p. uncias quatuor,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere per dies octo, et liquorem effunde.

T I N C T U R A S E N N A E.

℞ Sennæ p. libram unam,
Seminum carui contusorum p. unciam unam cum
semisse,
cardamomi minoris contusorum, demtis
capfulis, p. unciam dimidiam,
Uvarum passarum, demtis acinis, p. uncias fe-
decim,
Spiritus vinosi tenuioris congium unum..

Digere per dies quatuordecim, et cola.

T I N C T U R A S E R P E N T A R I A E.

℞ Radicis serpentariæ virginianæ p. uncias tres,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas..

Digere per dies octo, et cola.

T I N C T U R A

TINCTURA VALERIANÆ.

R^E Radicis valerianæ sylvestris in pulverem crassum
tritæ p. uncias quatuor,
Spiritus vinosi tenuioris m. libras duas.

Digere leni calore per dies octo, et cola.

TINCTURA
VALERIANÆ VOLATILIS.

R^E Radicis valerianæ sylvestris p. uncias quatuor,
Spiritus ammoniæ compositi m. libras duas.

Digere per dies octo, et cola.

N O T A.

Tincturæ omnes in vase obturato fieri debent ;
tinctura ferri muriati excepta.

MISTURÆ.

M I S T U R A E.

MISTURA CAMPHORATA.

℞ Camphoræ p. drachmam unam,
 Spiritus vinosi rectificati guttas decem,
 Sacchari purificati p. unciam dimidiam,
 Aquæ distillatæ ferventis m. libram unam.

Camphoram primum cum spiritu vino rectificato tere, deinde cum saccharo; denique aquam sensim adde, et misturam colâ.

MISTURA CRETACEA.

℞ Cretæ præparatæ p. unciam unam,
 Sacchari purificati p. drachmas sex,
 Arabici gummi in pulverem triti p. uncias duas,
 Aquæ distillatæ m. libras duas.

Misce.

MISTURA MOSCHATA.

R Aquæ rosæ m. uncias sex,
 Moschi p. scrupulos duos,
 Arabici gummi in pulverem triti,
 Sacchari purificati, singulorum p. drachmam
 unam..

Moschum tere primum cum saccharo, dein cum
 gummi ; et gradatim adde aquam rosæ.

L A C A M Y G D A L A E.

R Amygdalarum dulcium p. unciam unam cum
 semifisse,
 Sacchari purificati p. unciam dimidiam,
 Aquæ distillatae m. libras duas.

Amygdalas cum saccharo contunde ; dein, simul
 terens, aquam gradatim adjice, et liquorem cola.

L A C

L A C A M M O N I A C I.

R Ammoniaci p. drachmas duas,
Aquæ distillatæ m. libram dimidiam.

Tere gummi-resinam cum aqua gradatim affusa
donec in lac abeat.

Eodem modo fiat lac asæ fœtidæ, et cæterarum
gummi-resinarum.

S P I R I T U S A E T H E R I S
V I T R I O L I C I C O M P O S I T U S.

R Spiritus ætheris vitriolici p. libras duas,
Olei vini p. drachmas tres.

Misce.

S P I R I T U S
A M M O N I A E C O M P O S I T U S.

R Spiritus ammoniæ m. libras duas,
Olei effentialis limonis,
nucis moschatæ, singulorum p.
drachmas duas..

Misce.

S P I R I T U S
A M M O N I A E S U C C I N A T U S.

R Alkoholis p. unciam unam,
Aquæ ammoniæ puræ m. uncias quatuor,
Olei succini rectificati p. scrupulum unum,
Saponis grana decem.

Digere saponem et oleum succini in alkohole
donec solvantur; dein adde aquam ammoniæ puræ,
et misce agitando.

SPIRITUS

SPIRITUS CAMPHORATUS.

℞ Camphoræ p. uncias quatuor,
Spiritus vinosi rectificati m. libras duas.

Misce ut camphora solvatur.

SYRUPI.

S Y R U P I.

In syrups conficiendis, ubi nec facchari pondus nec modum, quo id solvi debeat, præcepimus, hæc sit norma.

R^{et} Sacchari purificati p. uncias novem et viginti,
Liquoris cujuscunque m. libram unam.

Solve faccharum in liquore balneo aquoso; dein sepone per horas quatuor et viginti. Spumam aufer, et e fæcibus, si quæ sint, effunde syrum.

S Y R U P U S A L T H Æ A E.

R^{et} Radicis recentis althææ contusæ p. libram unam,
Sacchari purificati p. libras quatuor,
Aquæ distillatæ congium unum.

Decoque aquam cum radice althææ ad dimidium; et liquorem frigefactum expime. Sepone per horas duodecim, et, postquam fæces subsederint, liquorem effunde. Addito saccharo, ad sex librarum pondus decoque.

SYRUPUS

S Y R U P U S
C A R Y O P H Y L L I R U B R I.

℞ Florum caryophylli rubri recentium, demtis unguibus, p. libras duas,
Aquæ distillatæ ferventis m. libras sex.

Macera per horas duodecim in vase vitro; et in liquore colato solve faccharum purificatum ut fiat syrpus.

S Y R U P U S
C O R T I C I S A U R A N T I I.

℞ Corticis exterioris aurantiorum hispalensium recentis p. uncias octo,
Aquæ distillatæ ferventis m. libras quinque.

Macera per horas duodecim in vase operto; et in liquore colato solve faccharum purificatum ut fiat syrpus.

S Y R U P U S

SYRUPUS CROCI.

R Croci p. unciam unam,
Aquæ distillatæ ferventis m. libram unam.

Macera crocum aqua per horas duodecim in vase
operto; liquore colato solve faccharum purificatum
ut fiat syrpus.

SYRUPUS SUCCI LIMONIS.

R Succi limonum, postquam fæces subsederint, colati
m. libras duas,
Sacchari purificati p. uncias quinquaginta.

Solve faccharum ut fiat syrpus.

Itidem confice syrumpum succi fructus mori, rubi
idæi, et ribis nigri.

SYRUPUS

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI.

℞ Capitum papaveris albi exficcatorum, seminibus
exemptis, p. libras tres cum semissē,
Sacchari purificati p. libras sex,
Aquæ distillatæ congios octo.

Capita concide et contunde; dein in aqua decoque
ad congios tres, balneo aquoso sale muriatico saturato;
et liquorem exprime. Hunc coquendo redige ad
quatuor circiter librarum mensuram, et adhuc fer-
ventem cola, primum per cribrum, deinde per pan-
num laneum tenuem; et sepone per horas duode-
cim ut fæces subsidant. Liquorem fæcibus effusum
decoque ad libras tres, et solve saccharum ut fiat
syrupus.

SYRUPUS
PAPAVERIS ERRATICI.

℞ Florum papaveris erratici recentium p. libras
quatuor,
Aquæ distillatæ ferventis m. libras quatuor cum
semissē.

Q

Aquæ

Aquæ ferventi in balneo aquoso flores gradatim adjice crebro agitans. Dein, vase e balneo exemto, macera per horas duodecim; tum exprime liquorem, et sepone ut fæces subsidant. Denique cum saccharo purificato fiat syrups.

S Y R U P U S R O S Æ.

R Petalorum rosæ damascenæ exficcatorum p. uncias septem,
Sacchari purificati p. libras sex,
Aquæ distillatæ ferventis m. libras quatuor.

Macera rosæ petala in aqua per horas duodecim, et colla. Liquorem colatum per exhalationem absume ad libras duas cum semisse; et adde saccharum ut fiat syrups.

S Y R U P U S S P I N Æ C E R V I N Æ.

R Succi baccarum spinæ cervinæ maturarum et recentium congium unum,
Zingiberis contusi p. unciam unam,
Pimento in pulverem triti p. unciam unam cum semisse,
Sacchari purificati p. libras septem.

Sepone

Sepone succum per aliquot dies ut fæces subsident, et cola. In succi colati libra una macera zingiber et pimento per horas quatuor et cola. Succi quod reliquum est ad mensuram trium librarum decoque; dein adjice succi partem in qua zingiber et pimento macerata fuerint; denique adde faccharum ut fiat syrpus.

S Y R U P U S T O L U T A N U S.

℞ Balfami tolutani p. uncias octo,
Aquæ distillatæ m. libras tres.

Coque per duas horas. Liquori, postquam refixerit, colato admisce faccharum purificatum ut fiat syrpus.

S Y R U P U S V I O L Æ.

℞ Petalorum violæ recentium p. libras duas,
Aquæ distillatæ ferventis m. libras quinque.

Macera per horas quatuor et viginti; deinde cola liquorem per linteum tenue sine expressione. Adde faccharum purificatum ut fiat syrpus.

S Y R U P U S Z I N G I B E R I S.

R^E Zingiberis contusī p. uncias quatuor,
Aquæ distillatæ ferventis m. libras tres.

Macera per horas quatuor, et cola; deinde fac-
charum purificatum adde ut fiat syrups.

MELLA

M E L L A M E D I C A T A.

M E L R O S Æ.

¶ Petalorum rosæ rubræ nondum explicitorum,
demtis unguibus, prius exficcatorum, p. uncias
quatuor,
Aquæ distillatæ ferventis m. libras tres,
Mellis despumati p. libras quinque.

Macera petala rosæ in aqua per sex horas ; deinde
mel liquori colato admisce, et misturam decoque ad
syrupi crassitudinem.

M E L S C I L L Æ.

¶ Mellis despumati p. libras tres,
Tincturæ scillæ m. libras duas.

Decoque in vase vitro ad syrupi crassitudinem.

OXYMEL

OXYMEL ÆRUGINIS.

R Æruginis præparatæ p. unciam unam,
Aceti m. uncias septem,
Mellis despumati p. uncias quatuordecim.

Solve æruginem aceto, et cola per linteum;
dein adde mel, et decoque ad idoneam crassitudinem.

OXYMEL COLCHICI.

R Radicis colchici recentis in laminas tenues sectæ
p. unciam unam,
Aceti distillati m. libram unam,
Mellis despumati p. libras duas.

Macera radicem colchici cum aceto in vase vitro
leni calore per horas octo et quadraginta. Liquorem
radice fortiter expressum cola, et adde mel. Denique
miftruram, cochleari ligneo fæpe agitans, decoque ad
syrupi crassitudinem.

OXYMEL

O X Y M E L S C I L L Æ.

℞ Mellis despumati p. libras tres,
Aceti scillæ m. libras duas.

Decoque in vase vitreo lento igne ad syrapi crassitudinem.

O X Y M E L S I M P L E X.

℞ Mellis despumati p. libras duas,
Aceti distillati m. libram unam.

Decoque in vase vitreo lento igne ad syrapi crassitudinem.

P U L V E R E S.

P U L V E R E S.

P U L V I S A L O Æ T I C U S.

R Aloës socotorinæ p. libram unam,
Canellæ albæ p. uncias tres.

Separatim in pulverem tere, dein misce.

P U L V I S
A L O Æ T I C U S c u m G U A I A C O .

R Aloës socotorinæ p. unciam unam cum semiſſe,
Guaiaci gummi p. unciam unam,
Pulveris aromatici p. unciam dimidiam.

Aloën et guaiaci gummi separatim in pulverem
tere ; dein omnia misce.

P U L V I S

P U L V I S
A L O Æ T I C U S c u m F E R R O .

℞ Aloës socotorinæ in pulverem tritæ p. unciam unam cum semisse,
Myrrhæ in pulverem tritæ p. uncias duas,
Extracti gentianæ exfictati,
Ferri vitriolati, singulorum in pulverem tritorum p. unciam unam.

Misce.

